
ARISTO:
METEO



Aristote. Stagyrite Meteororum Libri quatuor: cum Auer. cordubensis exactiss. commentarijs denuo acutissime traductis: ac denicꝫ characteribus qui apprime ad inueniendas cuiuslibet capitũ sentẽtias cõducũt in margine adiectis. Que oĩa si recte cõspexeris (ni fallor) tã strenuẽ diligentiã inuenies: vt nullatenus nos dã nare possis.

¶ Uenũdantur Lugduni apud Scl[illegible]i.



# Aristote. Stagyrite Meteororum Libri quatuor: cum Auer. corduben sis exactiss. commentarijs denuo acutissime traductis: ac deniq; characteribus qui apprime ad inueniendas cuiuslibet capitũ sentẽtias cõducũt in margine adiectis. Que oñia si recte cõspexeris (ni fallor) tã strenuẽ diligentiã inuenies: vt nullatenus nos dã nare possis.

¶ Uenũdantur Lugduni apud Scipionẽ de Gabiano in vico mercuriali.
Cum gratia et priuilegio.

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Kodak LICENSED PRODUCT

# Aristote. Stagyrite Meteororum Libri quatuor: cum Auer. cordubensis exactiss. commentarijs denuo acutissime traductis: ac deniqꝫ characteribus qui apprime ad inueniendas cuiuslibet capitũ sentẽtias cõducũt in margine adiectis. Que oñia si recte cõspexeris (ni fallor) tã strenuẽ diligentiã inuenies: vt nullatenus nos dã nare possis.

¶ Uenũdantur Lugduni apud Scipionẽ de Gabiano in vico mercuriali.

Cum gratia et priuilegio.



¶ Aristotelis Stagyrite Meteororum Liber primus: cū Auer rois cōmētarijs nuper traductis: fauste incipit.

¶ Capitulū primum.

OE primis quidem igitur causis nature: ⁊ de omni motu naturaliter. Adhuc autem de (ꝑm superiorem lationem) preordinatis astris: ⁊ de elemētis corporalibus: quot: ⁊ que: ⁊ de ea que inuicem permutatione: ⁊ de generatione ⁊ corruptione cōmuni. dictum est prius. ¶ Reliqua aūt ps huius methodi est adhuc considerāda quam omnes priores meteorologiam vocabant: Hic autem sunt quecunq; accidunt: secundum nā q̄dem inordinationem: tamen ea que primi elementi corporum circa locum maxime ꝓpinquum lationi astrorum puta de lacte ⁊ cometis ⁊ ignitis: ⁊ motus phantasmatib⁹: ⁊ quecunq; ponemus vtiq; aeris esse communes passiōes ⁊ aq̄. ¶ Adhuc autem terre quecunq; partes: ⁊ species: ⁊ passiones partium: ex quibus ⁊ spiritibus ⁊ terremotibus considerabim⁹ omnes causas: ⁊ de omnibus que fiunt ꝑm motum horum i quibus hoc quidem dubitabimus: hoc quidem attingimus aliquo modo. ¶ Adhuc autem de fulminū casu ⁊ tymphonibus: ⁊ inflammationibus: ⁊ alijs circulationibus: quecunq; propter coagulationem accidunt passiones ipsorum horum corporum. ¶ Pertrāseūtes aūt de his speculabimur si quid possum⁹ ꝑm inductū modū assignare de animalibus ⁊ plantis: ⁊ vl'rq;: ⁊ sigillatim: fere enim his dictis finis vtiq; factus erit omnis eius que a principio nobis electionis.

A
Nā min⁹ sibi constans.

¶ Capitulum secundum.

SIc igitur incipientes dicamus de ipsis primo. Quoniam enim determinatum est prius a nobis vnumq̄q; principium corporum ex quibus constat circulariter latorum corporum natura: alia autez quatuor corpora ꝓpter quatuor principia: quorum duplicem dicimus esse motum: hunc quidem a medio: hunc autem ad medium. Quatuor autez existentibus his: igne: ⁊ aere: ⁊ aqua: ⁊ terra: omnibus quidē his supereminens esse ignem: subsans autem terram: duo autem q̄ ad ipsa his ꝓportionaliter se habent: aer quidem igni ꝓpinq̄or alijs: aqua autem terre. Qui itaq; circa terram totam mundus ex his constat corporibus: de quo secundū accidētes passiones dicemus. Est autem ex necessitate continuus iste superioribus lationibus vt omnis ipsius virtus gubernetur inde: vnde enim motus principium omnibus illam causam putandum prima. Adhuc autem hic quidē ꝓpetu⁹ ⁊ finē mot⁹ non hñs loco: sz semp in fine: hic autem corpa oīa finitis distant locis adinuicem. Quare

B
de situ elemētorum.

accidentium circa ipsum ignem quidē ⁊ terrā ⁊ syngenea his vt in materie specie eoꝝ q̄ fiunt causas opꝫ putare. Subiectū eniꝫ ⁊ patiens appellamus hoc modo: qō autē sit causa vt vnde motꝰ principiū eā que semp motoꝝ causandū virtutē.

## Capitulum tertium.

Utrū solꝰ aer existat inter diuinū corpꝰ ⁊ terram ⁊ aquam

Sumentes igit eas que a principio positiones: ⁊ determinatas prius determinatiōes: dicamꝰ ⁊ de lactis phātasia ⁊ de cometis: ⁊ alijs quecūq̄ existūt his syngenea entia. Dicimus itaq̄ ignem: ⁊ aerē: ⁊ aquā: ⁊ terrā fieri ex inuicē: ⁊ vnūquodq̄ hoꝝ in vnoquoq̄ existere potētia: sicut ⁊ alioꝝ quibus vnū aliquid ⁊ idem subijcit in qō etiā resoluuntur vltimū. Primo quidē dubitabit vtiq̄ quis circa vocatū aerē: quā opꝫ accipere ipsius naturā in mundo ambientē terrā: ⁊ qūo se hꝫ ordine ad alia dicta elemēta corpoꝝ. Soles quidē em vtiq̄ terre q̄ta quedā vtiq̄ sit ad ambientes magnitudines nō immanifestū. Jam em visum est per astrologica ⁊ theoremata a nobis: q̄ multo quibusdā astris minor est. Aque autē naturā cōstantem ⁊ separatā neq̄ videmus: neq̄ cōtingit segregatā esse ab eo quod circa terram locato corpore: puta a manifestis mari ⁊ fluminibus: ⁊ vtiq̄ si quid in profundo immanifestuꝫ nobis est. Intermedium itaq̄ terre ⁊ vltimoꝝ astroꝝ vtrum vnuꝫ aliquod putādum esse corpus ſm naturā: aut plura: ⁊ si plura q̄ta ⁊ vsq̄quo determinata sunt locis. Nobis quidē igitur dictū est prius de primo elemēto quale ſm virtutē est: ⁊ q̄ totus qui circā lationes superiores mundus illo corpore plenus est: ⁊ hanc opinionē non solum nos existimamus habentes: videt aūt antiqua quedā existimatio ipsa ⁊ prioꝝ corpoꝝ. Dictus eniꝫ ether antiquā accepit appellationem: quā Anaxa. quidē igni idem putasse: mihi ignī videtur significare. Superiora enim plena igne esse: ⁊ ille eam q̄ ibi potentiā ethera vocari putauit: hoc quidē recte putans. Qō enim semper corpus currens simul ⁊ diuinū aliquid ſm naturam visi sunt existimare ⁊ determinauerunt nominari ethera q̄ tale tanq̄ nulli eorum que apud nos idem existens. Non enim vtiq̄ dicemus semel neq̄ bis neq̄ raro easdem opiniones reiterare factas in hominibus: sed infinities. Quicūq̄ autē ignem purū esse aiunt q̄ ambiens ⁊ non solum lata corpora: q̄ autē inter medium terre ⁊ astroꝝ aerem cōsiderantes vtiq̄ nunc ostensa per mathematica sufficient: ⁊ forte vtiq̄ desisterent ab hac puerili opinione. Valde enim simplex putare vnumquodq̄ latoꝝ esse parvum magnitudinibus: quia videtur aspicientibus nobis hinc. sit dictū quidem ⁊ igitur prius in his que circa superiorem locū theorematibus: dicemus autē eandem rationem ⁊ nunc. Si em ⁊ distantie plene igne ⁊ corpora constarent ex igne: olim anthila

tum vtiqz esset vnumquodqz alloz elementoz. ¶ At vero neqz aere solo plena. Multum enim vtiqz excederet equalitatem communis analogie ad coelementaria corpora: z etiã si duobus elementis plenus qui intermedium terre z celi locus est: nulla enim vt est dicere pars terre est moles in qua cõtẽta est: z omnis aque multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autem non in tanta magnitudine factum excessum mollium cum ex aqua disgregata aer fiat: aut ignis ex aere. Necesse autem eandem rationem habere quantã habet tantilla z parua aqua ad factũ ex ipa aerem z totum ad totam aquam. Videtur autem nihil neqz siqs dicat quidem nõ fieri hoc ex inuicem equalia tamen virtute esse: ẽm enim hunc modum necessarie est equalitatem virtutis existere magnitudinibus ipsoum: quemadmodum vtiqz si facta ex inuicem existerent. Quod quidem igitur neqz aer neqz ignis tantum replet intermedium locum manifestum est.

## ¶ Capitulum quartum.

Reliquum autẽ perscrutãtes oportet dicere quomodo ordinata sunt duo ad primi corporis positionem. Dico autem aeremqz z ignem: z propter quã causam caliditas a superioribus astris sit his que circa terraz locis. De aere igitur dicentes primo sicut supposuimus dicamus sic: et de his iterũ. Si itaqz fit aqua ex aere: z aer ex aqua: propter quã quidem causam non constant nubes ẽm superiorem locum: conueniebat enim magis quanto remotior a terra locus z frigidior: quia neqz sic prope astra calida existentia est: neqz prope radios a terra refractos: qui prohibent prope terram constare disgregãtes caliditate consistentias. Fiunt enim nubium cõgregationes vbi desinunt iam radij propter spargi in immensum. Aut igitur non ex omni aere nata est aqua fieri: aut si similiter ex omni qui circa terram non solum aer est: sed velut vapor propter quod iterum constat in aquam. At vero si tantus existens aer omnis vapor est: videbitur vtiqz multum excedere que aeris natura: z que aque. siquidem superiores distantie plene sunt corpore aliquo: et igne quidẽ impossibile: quia exiccarentur alia vtiqz oĩa: relinquit autẽ aere: z qđ circa terrã totã aqua: vapor cm̃ aque disgregatio est. De his quidẽ igitur dubitatũ sit hoc modo.

Os autẽ dicamus simul et ad dicenda determinantes z ad nunc dicta: quod quidem enim sursum z vsqz ad lunam dicimus esse corpus alterum ab igne z aere: quinimmo z in ipso hoc quidem purius esse: hoc autem minus sincerum et differentias habere: et maxime qua definit ad aerem et ad eum qui circa terram mundum. Lato autem primo elemento circulariter: z corporibus que in ipso quod propinquũ

semper inferioris mundi ⁊ corpis motu disgregatū accendit ⁊ facit caliditatē. Opz autē intelligere sic: ⁊ huic incipientes: qō ēm sub ea que sursum circulatione corpus velut materie quedā existens ⁊ potentia calida: ⁊ frigida: ⁊ sicca: ⁊ humida: ⁊ quecunqz alie his assequuntur passiones sit talis: ⁊ est a motu ⁊ immobilitate: cuius causam ⁊ principiū diximus. In medio quidem igit ⁊ circa medīū est: qō grauissimū ⁊ frigidissimū est segregatum a terra et aqua. Circa hoc autē ⁊ habita his aerqz: ⁊ quod propter cō suetudinem volumus ignem. Non est ēm ignis: excessus ēm calidi ⁊ velut feruor est quod ignis: sed opz intelligere dicti a nobis: aeris qō quidē circa terrā velut humidū ⁊ calidum esse propter vaporem ⁊ exhalationem habere terram terre. Quod autem super hoc calidum tam ⁊ siccum est: vaporis enim natura humidū ⁊ calidum: exhalationis autem calidum ⁊ siccum: ⁊ est vapor qō potentia vt aqua: exhalatio autem potentia vt ignis. Eius quidem igitur ꝙ in eo qui sursum loco non constare nubes hanc existimandam causam esse: quia non inest aer solum: sed magis velut ignis. Nihil enim prohibet propter eam que in circuitum lationem prohiberi constare nubes in superiori loco: loco enim necessarium omnem qui in circuitu aerem quicunqz intra peripheriam capitur definitam: vt ⁊ terra spherica sit tota: videtur enim et nunc ventorum generatio in stagnantibus locis terre: ⁊ nō excederet ventos altos montes. Fluit autem aer in circuitu qui simul trahitur cum totius circulatione: ignis quidem est cum eo ꝙ sursum elemento: cum igne autem aer continuus est: quare et propter motum prohibetur congregari in aquam: sed semp que cūqz pars ipsius grauetur extruso calido in suptiorē locū deorsuz fertur exhalato igne. Alia autem in parte aer simul fertur sursuz exhalato igne: ⁊ sic continue hoc quidem perseuerat aere plenuz existēs hoc autem igne: ⁊ semper aliud et aliud fit vnumquodqz ipsorum. De eo quidem igitur quod est non fieri nubes neqz in aqua cōgregationem: ⁊ quomodo oportet accipere de loco intermedio astrorum ⁊ terre et que est corpore plenus tāta dicta sunt. De facta autem caliditate quam exhibet sol magis quidem ēm seipsum: ⁊ diligenter in his que de sensu conuenit dicere. Calidū enim quedam passio sensus est. Propter quam autem causam fit non talibus existētibus illis ēm naturam dicendū ⁊ nunc. Videmus itaqz motum ꝙ potest disgregare aerem ⁊ ignire: ⁊ vt lata liquefacta videantur sepe. Eius igitur quod est fieri estum et calorem sufficiens est efficere ⁊ solis latio tantum. Velocem enim oportet ⁊ non longe esse: que quidem igitur astrorum velox quidem: longe autem: que autem lune deorsum quidem: tarda autē: que autem solis ambo hīc habet sufficienter. Fieri autem magis

Ordo sit⁹ elentorū.

Ignis.

Vapor. exhalatio Nubes.

Venti.

Calor.

Motus.

Luna.

simul cum sole ipso caliditatē rationabile sumentes simile ex his que apud nos fiunt: z eñ hec violētia latus vicinus aer maxime fit calidus: z hoc rationabiliter accidit maxime eñ motus solidi disgregat ipsum: pp hanc igitur causam pertingit ad hunc locuz caliditas: z q; ambiens ignis per aerem spargit frequenter motu: z fertur violentia deorsum. ¶ Signum autē sufficiens q; qui sursum locus non sit calidus neq; ignitus est discursus astroruz: ibi quidem eñ nō fiunt: deorsum autē quāuis que magis mouētur z citius: ignitantur citius. Adhuc autē sol qui maxime esse videtur calidus; videtur albus: sed nō igneus existens.

¶ Capitulum quintum.

His autē determinatis dicamus pp quā causam flāme accense apparent circa celū z discurrētia sydera: z vocati a quibusdam dali z eges: hec eñ oīa sunt idem z pp eandē causam: differunt autem per magis z minus. ¶ Principiū aūt horū aliorū multorū hoc est: calefacta eñ terra a sole exhalationē necessariū fieri nō simplicē (vt quidam putant) sed duplicem: hanc quidā magis vaporosam: hanc autez magis fumosam: hanc quidem eius q; est in terra: super terram humidi vaporem: hanc autem ipsius terre existentis sicce fumosam: z harum spumosam quidem supereminere propter caliduz humidiorem autē subesse propter pondus: z propterea hoc modo ordinatum est q; in circuitu. Primo quidē eñ sub circulari latione est q; calidū z siccum q; dicimus ignem; innominatū eñ q; commune in omni fumosa disgregatione: attamē q; maxime natum q; tale exuri corporū: sic necessariū vtt nominib⁹ sub hac autē natura aer. Opz autē intelligere velut hypcauma hoc q; nūc dixi mus ignem ordinatū circa vltimū sphere: que circa terraz vt modico motu fortiens exuratur sepe sicut fumus: est enim flamma spiritus sicci ardor. Qua igitur maxime opportune se habet talis cōsistentia: quando a circulatione mota fuerit aliqualiter exuritur. Differt autem ſm hypcaumatis positionem: aut multitudinem: siquidem eñ latitudinem habeat z longitudinem: hypercauma multotiens videtur accensa flamma velut in area ardentis stipule. Si autem longitudinem solum vocati dali z eges et sydera: siquidem plus hypercauma fuerit ſm longitudinem z latitudinem quando quidem quasi scintillat simul combustuz: hoc autē propter ignirī ſm modica quidē: ad principiū autē eges vocatur. Qñ autē sine hac passione dalus: qñ vero longitudines exhalationis p modica z multipliciter disperse sunt z similiter ſm latitudinem z profunditatem sydera putata volare fiunt. Aliquādo quidem igitur motu exhalatio exusta genera ipsa; aliquādo autem sub frigore consistente aere extruditur: et segregatur

A Flamma

Vapor. exhalatio B

Ignis.

Aer.

C Flamma

D Torres. Capre.

E Volātia. Sydera.

calidum: ꝓpter quod ⁊ latio ipsoꝝ assimilatur magis ꝓiectioni: sed non exustioni. ¶ Dubitabit autē quis. vtrum velut que sub lucerna posita exhalatio a superiori flamma accendat inferiorē lucernā (Mirabilis enim ⁊ hmōi velocitas est: ⁊ similis ꝓiectioni: sed non vt alio ⁊ alio facto igne) aut ꝓiectiones eiusdeꝝ corporis sunt discursus. ¶ Videtur autem itaq; ꝓpter ambo et enim sicut ⁊ lucerna fit: ⁊ quedam ꝓpter expelli ꝓiciuntur velut que ex digitis elabentia vt ⁊ in terrā ⁊ in mare videantur cadentia: et nocte et per diem serenitate existente videntur: deorsuz autem iaciuntur: quia coagulatio ad deorsum inclinat ꝓpellens: ꝓpter quod ⁊ fulmina deorsum cadunt. Omniū enim hoꝝ generatio non exustio: sed segregatio ab expulsione est: qm̄ ꝟm naturaz calidum sursum natum ferri omne. Quecūq; quidem igitur magis in supremo loco consistunt exusta fiunt exhalatione: quecunqz autē demissius segregata ꝓp concerni ⁊ infrigidari hmidiorem exhalationem: hec enim congregata et deorsum tendens ꝓpellit inspissata ⁊ deorsum facit calidi ꝓiectionē. ¶ Propter positionem autem exhalationis qualitercunqz contingat posita latitudine et ꝓfunditate sic fertur: aut sursum aut deorsum aut ad latus. plurima autem ad latus: ꝓp duabus ferri lationibus. violentia quidem deorsum: natura autem sursum: omnia enim secūdum diametrum feruntur talia ꝓp quod ⁊ discurrentium syderū plurima obliqua fit latio omnium: itaqz hoꝝ causa quidē vt materia exhalatio: vt autem mouens aliquādo quidem que sursum latio. aliquādo autē aeris concreti coagulatio. Loīa enim hec sub luna fiunt. Signum autē apparens ipsoꝝ velocitas similis exīs his que a nobis ꝓiciuntur: que quia ꝓpe nos sunt multum vidē tur velocitate ptergredi astraqz ⁊ solem lunam.

Fulmina

Caliduz.

Sydera cadentia vt plurimū descēdūt ⁊ obliquum.

exhalatio

Quō sydera discurrētia ghantur. Solutio.

¶ Capitulum sextum.

Phantasmatū cāe

Aparent aūt aliquādo nocte serenitate existente consistentia multa phantasmata in celo: puta hyatꝰ ⁊ bothyni ⁊ sanguinei colores. Causa autē ⁊ in his eadē. cum enim manifestus est constans qui sursum aer et ignitio aliqñ quidē talis fit vt flamme videantur ardere: aliqñ autem velut daliferātur ⁊ sydera; nullum incōueniēs si colorat idem iste aer constās omnimodis coloribus ꝓp spissius enim transparens minus lumen ⁊ refractionē suscipiens aer omnimodo; colores faciet: maxime autē puniceū aut purpureū: quia hi maxime ex igneo ⁊ albo apparēt ꝑmixtis ꝟm superappositiones velut orientia astra ⁊ occūbētia si fuerit cauma ꝓ ⁊ per fumū punicea apparēt; ⁊ refractionē autē facit cum speculū fuerit tale: vt nō figurā: ſz colorē suscipiat. Quare nō multo tpe maneāt hꝝ cōsistētia cā velox exīs; hyatꝰ aūt disruptio lumine ex obscuro ⁊

Duratio.

nigro facit putare habere aliquã ꝓfunditatẽ. Multotiẽs autem ex talibus ꝛ dali excidunt cum congregantur magis: concretum autem amplius vorago videtur. oino aũt in nigro albuz multas facit varietates velut flamma in fumo: de die quidem igitur sol prohibet: nocte autẽ puniceo excepto: aliꝫ propter simile colorationem nõ apparent. ¶ De discurrentibꝰ quidem igitur astris et ignitis: adhuc aũt ꝛ de aliꝭ talibꝰ phantasmatibꝰ quecunqꝫ festinas faciunt phantasias: has existimare opꝫ causas. Sol. ☉

Ordo libroꝝ totius scienãlis. Vide in. i. phy. i suo ꝓlogo vbi agit de ordine libri phy.

¶ Incipit in hoc libro narrare intentionẽ cuiuslibet libri ex libris preteritis: ꝛ dicere locum eius ꝑm ordinem: postea declarabit intentionẽ huius libri: ꝛ illud qõ remansit super ipsum: posiqꝫ locutus erit in hac scia. ¶ Et dicimus. q ipse qꝛ iam locutus fuit de primis principijs cuiuslibet constituti per naturam: ꝛ locutus fuit cum hoc de accidẽtibus vnibus entibꝰ: sicut tẽpus ꝛ locus: ꝛ reliqua de quibꝰ oportebat loqui circa illa principia. Et hoc totum in libro de phyſico auditu. ¶ Et conueniẽs fuit hoc qõ fecit. s. q iste liber precedat in doctrina reliquos libros: qꝛ est vnis vt declaratũ est. ¶ Et locutus fuit postea etiã de partibus mundi simplicibus. Et de formis eoꝝ: ꝛ de accidentibus cõibus eis: ꝛ hoc in libro celi ꝛ mundi. ¶ Et conueniens etiã fuit: vt iste liber sequatur in doctrina phyſicum auditum. ꝛ precederet reliquos. Ipse enim est liber primus in quo considerat de qualibet re ex rebus sensatis. Et ideo incepit i eo prius de simplicioribus eis. ꝛ declarauit formas eoꝝ: ꝛ accidentia inuenta i eis. ¶ Et cum compleuit hoc: ꝛ fuerunt etiã hic res cõmunes cuilibet rei de rebus particularibus generabilibus ꝛ corruptibilibus: ꝛ sunt motus generationis ꝛ corruptionis simpliciter rei simplicis ꝛ composite: ꝛ motus alterationis ꝛ augmẽtationis: locutus fuit postea, etiã de his rebus: ꝛ posuit illa per que constituuntur oẽs isti motus vnis: ꝛ hoc in libro de generatiõe. ¶ Et etiam hoc fuit necessarium. s. vt iste liber sequatur post librum celi et mundi ꝛ precedat alios. Nam ex quo intentio sua oino fuit loqui de quolibet ente ex rebus particularibus generabilibus ꝛ corruptibilibus: incepit prius loqui in isto libro de rebus vniuersalibus: sicut fecit in de phyſico auditu cum declarauit res communes cuiuslibet rei naturalis: siue fuerit eterna siue corruptibilis: siue composita: siue simplex. ¶ Et posiqꝫ completa fuit ab eo hec consideratio: vult considerare in hoc libro de rebus que inueniuntur in elementis ex accidentibus ꝛ aduenientibus: ꝛ hoc in elementis. s. aere ꝛ terra: de coruscationibus: ꝛ de pluuijs ꝛ terremotibꝰ ꝛ tonitruis ꝛ fulminibus: ꝛ ideo vocatur liber iste de signis superioribus. ¶ Et conueniẽs etiã fuit prius loqui de istis qꝫ de alijs rebus particularibus: qꝛ sunt magis simplices qꝫ reliqua composita. Non enim hic inueniuntur a complexione cuius agens sit decoctio: sed causa in productione eorum est vna ex duabus exhalationibus. s. a calida ꝛ sicca fumosa: vel a frigida ꝛ humida: vt declarabitur. Et hoc totuz in tribus primis tractatibus huius libri: in quarto autem lib. ipse inuestigat de generatione corporum homogeneorũ. Et vat differẽtias eoꝝ vnes. Nã illud qõ dixit de intẽtione gnationis cõpositi in lib. de gnatione nõ est sufficiẽs in hoc. Sed ibidem locutus fuit de hoc in gne vnis eius: hic aũt cõpleuit suã intẽtionẽ. ¶ Postea aũt ipse considerabit de quolibet gne entiũ particulariũ gnabiliũ ꝛ corruptibiliũ: ꝛ incepit loqui de ꝓpinquioribꝰ ex eis ad elemẽta ꝛ de magis simplicibꝰ: ꝛ sunt

Meteorologica.

mineralia. Et dicit ea per q̄ qlibet genus eoꝝ cōpleť. Et dat cās accñtiū ꝛ aduenientiū q̄ inueniūtur in eis. ¶ Post hoc aūt ꝓsiderat de vegetabilibꝰ in libro distincto. ¶ Cū aūt cōpleuit hoc ibidē ꝓcessit in cōsideratiōe de aialibus simplr: ꝛ de oibus rebꝰ q̄ inueniunť in eis de aia ꝛ corpore ꝛ de accñtibꝰ. Sed ꝓsideratio de mēbris simplicibꝰ ꝛ cōpositis eoꝝ ꝛ de cāis agentibus eoꝝ ꝛ finalibꝰ. s. vtilitatibꝰ est in lib. q̄ vocať de aialibꝰ: ꝛ hoc in decem tractatibꝰ vltimis huius libri. ¶ Cōsideratio aūt de aia ꝛ de partibꝰ eiꝰ est in li. de aia. Ipse ēt loq̄ť de sēsatis ꝛ sēsibꝰ ꝛ dr̄ijs eoꝝ vltimis: ꝛ hoc inꝫ li. de sensu ꝛ sensato. Nā illa q̄ declata sunt de hoc in li. de aia sunt res vles. Et sir̄ loq̄tur de reliqs potētijs particularibꝰ q̄ inueniūtur: aie de somnijs ꝛ reminiscētia in tractatu separato. Locutꝰ ē ēt in tractatu separato de motu locali aiaľ. Et dicit ea q̄bꝰ iste motꝰ pficiť. Nā tā declaratū est in lib. ō aia potentia per quam fit iste motus: ꝛ vniuersaliter iste inuestigat de accñtibus que insunt aiali in eo q̄ aial sicut somnꝰ ꝛ vigilia ꝛ iuuentus ꝛ senectus ꝛ inspiratio ꝛ mors ꝛ vita ꝛ sanitas ꝛ egritudo. ¶ Ordo autem istoꝝ librorum manifestum est q̄ dz esse talis. Nam liber in quo loquitur de mēbris animaliū ꝛ eorum vtilitatibus p̄cedet librū de aia. Nā hec sūt materie aie. Reliqua aūt q̄ diximus sunt post librū de anima. Sed iste ordo in consideratione animalis aliquid eius est necessariū: aliq̄d aūt ꝑm melius. Quidam aūt ex his libris quos narrauimus inueniuntur ab Aristo. q̄daz aūt non. Et nos loquemur de quolz istoꝝ si deus plōgauerit vitam: ꝛ dabitur cum hoc nobis otium. ¶ Redeamus ergo ad illud in quo fuimꝰ de consideratione huius libri. Arist. autem incepit hic supponere quedā q̄ iā declarata sunt in preteritis: ꝛ se hñt tanq̄ radices posite: ꝛ principia illius de quo vult loqui in hoc lib. ¶ Dicamus igitur. iam declaratum est in lib. celi ꝛ mundi q̄ corpora simplicia sunt quinq̄ quatuor elementa et corpora celestia. ¶ Et declaratum est ibidem q̄ quatuor sunt opposita in grauitate ꝛ leuitate ꝛ caliditate ꝛ humiditate ꝛ frigiditate ꝛ siccitate. Et quod ex eis est aliquod leue simpliciter: ꝛ est ignis: ꝛ graue simpliciter: ꝛ est terra: et graue ꝛ leue simul: ꝛ sunt aer ꝛ aqua. Et declaratum est ibidem quod terra est in concauitate aque: ꝛ aqua in concauitate aeris: ꝛ aer in concauitate ignis: ꝛ ignis in concauitate celi. ¶ Visum etiam est in lib. de generatione ꝛ corruptione q̄ ista inueniuntur quedam in quibusdam ꝑm mixtionem ꝛ ꝑm vicinitatem: ꝛ maxime terra. Nam videtur sensui q̄ tria elementa sunt in ipsa. s. ignis ꝛ aqua ꝛ aer: ꝛ hoc per opationem corporum celestium in eis. Ignis autem vr̄ q̄ sit in loco eius simplicior omnibus: nam reliqua elementa habent aliquam grauitatē in locis suis: sicut declaratū est lib. celi ꝛ mundi. Et ideo oportet vt admisceantur quedā cū q̄busdam. Sed non est in eis leuitas: ꝛ difficilis est mixtio eorum in igne: ꝛ declatuz est etiam ibidem q̄ ipsa generātur q̄dā ex q̄busdam ꝑm q̄ sunt ꝙtraria: ꝛ q̄ hoc inuenitur in eis propter q̄tuor q̄litates: q̄ sunt caliditas: ꝛ frigiditas: ꝛ humiditas. ꝛ siccitas. Declaratum est etiā ibidē ꝑm quot modos inuenitur in eis generatio. Deiñ ē ēt ibidē q̄ cā efficiēs gñationis et corruptionis eoꝝ ꝑm perpetuitatem equalem ꝛ circulationem est motus corpoꝝ celestium: ꝛ maxime motus solis in suo circulo aliquo. Videtur. n. q̄ sol cum venit ad meridiem minuitur caliditas eius in septentrione: ꝛ fortificatur natura elementi aque ꝓp intēsiōem frigiditatis: ꝛ trāsmutať aer in aquam ꝛ fiunt pluuie. Cum aūt ascēdit a meridie intenditur caliditas eius in septētrione: ꝛ augmētatur natura ignis ꝛ aeris. Et ħ actio eiꝰ ē ꝑm circulum i. q̄ cū fuerit frigiditas in parte septētrionali est caliditas in parte meridionali ꝛ econuerso: ꝛ ideo hyems nr̄a est estas in parte meridionali, i. in

R 2. de gñatiōe ꝛ coꝛ. c. 55.

climatibus:quoꝝ distantia a sole in illa parte est distãtia climatũ nr̃orũ:ꝛ estas ecõtrario huiꝰ hic:ꝛ ex ipso ꝑ hos duos motus fiũt duo gña exhalationũ:vnũ eoꝝ fumosum:et est calidũ ꝛ siccũ. Reliquũ aũt calidũ ꝛ hũiduz vel frigidũ ꝛ humidũ. ¶Declaratũ est etiã in lib. celi ꝛ mundi cã in hoc ꝙ sol calefacit ꝛ relique stelle:ꝛ ꝙ hic fit duobꝰ modis:vnꝰ eoꝝ est motus:aliꝰ reflexio luminis. Sed videt ꝙ cã in calefactione solis cũ fuerit ascẽdens in circulo suo obliquo directe versus capita nr̃a nõ est nisi ꝑ reflexionẽ tm̃: ꝑ ptereaꝙ linee radiales sunt ꝓpinque vt causent angulos rectos:aut causent eos in terris in quibꝰ sol aspiciet directo capita hoĩum. Sed calefactio q̃ fit ꝑ motũ nõ vr̃ de ea in ascẽsione ꝛ descẽsione mutatio sensibilis. Nã res in hoc nõ põt esse q̃n sit vno duoꝝ modoꝝ:aut ꝙ sit cẽtrũ celi solis centrũ zodiaci:ꝛ ꝙ sit distãtia eius a directo capitis in septẽtrione ꝛ meridie distãtia vna:hic cũ nõ curabimus de mẽsura terre respectu celi solis:sicut ponũt mathematici. Et nõ erit mutatio addita apud ascensionẽ. Naz nõ est ibidẽ ꝓpinquitas addita ꝑm mensurã. Aut ꝙ sit sol in celo ecẽtrico aut epyciclo:ꝑm ꝙ sequit de necessitate ex velocitate motus eius ꝛ tarditate respectu zodiaci:ꝛ qñocũq̃ sit dispositio in hoc erit opposita. Nam ipse in tpe ascẽsionis versus directũ capitũ nr̃oꝝ est magis distãs:ꝛ in tpe descẽsionis magis ꝓpinqua. Nam aut seu altitudo inuenit in medietate septẽtrionali zodiaci:ꝛ cũ hoc sit ita:opz ꝙ mutatio sequat reflexionẽ tm̃:si nõ ponat huic distãtie mutatio sensibilis:vel ꝙ sit dominãs mutatio reflexionis:hic si posuerimus huic distantie signũ sensibile:ꝛ hoc nõ est remotum. Nam ꝑm hoc habebit ecẽtricũ mutationẽ in generatione:ꝛ videt ꝙ natura equalizauit in hoc:ꝛ cũ remittit calor q̃ est ꝑ reflexionẽ fuit ꝓpinquitas vt accidat eq̃litas in qualefactione q̃ est ꝓpter motũ:ꝛ cũ inuenit caliditas q̃ est ꝑ reflexionẽ est distãtia vt remittat calor q̃ est ꝑ motum:ꝛ hoc sufficit vt ecẽtricũ nõ sit frustra. ¶Et cũ posite sunt hꝫ res sicut declaratuz fuit:ꝛ est qđ sequit ex isto motu plus gñatio harũ duaꝝ exhalationũ in terra.i.calidi et sicci:fumosi ꝛ calidi ꝛ hũidi:aut frigidi ꝛ hũidi. Hec igit sunt supponẽda tanq̃ fundamẽta de eis de quibꝰ hic volumus loqui:et precedẽtes ꝑm viã eius de qualibet re de qua dicimus in hoc libro. ¶Et dicamꝰ ꝙ res q̃ hic querunt:sunt cognitio causarũ ꝛ principioꝝ ꝓpinquorũ istoꝝ sed enumeratio specierũ eorũ apparet ꝑ sensum:et illa quesita sunt ꝑ testimoniũ in loco superiori aeris ex hꝫ signis de quibꝰ prius nos incepimꝰ inuestigare de eis sunt quinq̃ species tm̃:discurrẽtia syderaꝛ valitꝛ eges:ꝛ flamme accẽse et comete:aĺr stelle saltãtes et flãma ꝛ luminaria ꝛ eges seu cap̃.et cometa.et hic oĩa cõicãt in materia et in cã efficiẽte. ¶Sed diuersificant ꝑ diuersificationẽ figurarũ eorũ q̃ est ꝓpter diuersitatẽ figure seu apparentie materie:ex hoc aũt videt ꝓuenire ad causas harũ rerũ. nã eges:qꝛ impossibile est esse de substãtia etheris:nam ipsa sunt gñabilia et corruptibilia:neq̃ possumus dicere ꝙ sunt aliqđ ex stellis fixis aut erraticis. Nã stelle quevise sunt in preterito in antiquo tpe:sunt ille stelle q̃ apparẽt nũc et nulla earũ deficit:et etiã stelle erratice sunt determinati numeri:et iã declaratum est ꝙ sol cũ calefacit terrã ascẽdunt ex ipsa duo genera exhalationum.vnũ eorũ est exhalatio calida et sicca fumosa:aliud aũt vapoꝛ frigidus et hũidus:aut calidus et hũidus:exhalatio autem fumosa ascendit superius propter propinquitatem nature eius ad naturã ignis. Calidus aũt et hũidus in loco inferiori ipso:frigidus autem ꝛ hũidus inferius calido et hũido:exhalatio autem fumosa est magis dispositа qualibet re inflammabilis a paruo motoꝛe aduenientе ei. Conueniens ergo est vt ista signa precedentia sint ex ista exhalatione cum inflammantur

U seu accendunt ex motu corporis celestis. ¶Signū aūt huius est q̄ hic mul
tiplicant in tpe multiplicationis huius vaporis fumosi: ⁊ hoc in tpe ve=
ris: ⁊ cū multiplicant in hyme significāt ver: ⁊ vbi cū multiplicant signifi=
cant dñiū hui⁹ exhalationis fumose: sicut dicit Arist. q̄ ascēdit in terra ro=
manorū stella magna de stellis habentibus caudā in tpe hyemis: ⁊ fuit ter
remot⁹ magnus ⁊ tēpestas maris ꝓpter fortitudinē venti: ita q̄ destruxit
multas ꝓuincias vel ciuitates. ¶Et cū hoc sit ita: ⁊ declaratū est q̄ prima
materia istoꝝ signorū est ipsa substātia fumosa: ergo diuersificant ꝓpter
X q̄titatē huius exhalationis. ¶Sed stelle discurrētes fiunt duobus modis
vnus eorū est cū fuerit exhalatio q̄ accendit extensa inequaliū partium: ⁊
mouet accēsio ex vna parte ipsius ad aliā: ⁊ apparet vidēti q̄ stella saltat
ꝑm suā substātiā: ⁊ iste partes aliqñ est accensio earū ꝑ motū ignis a qui=
busdā ad quasdā: ⁊ aliqñ est hoc a motu celi. ¶Cū accidit vt nō sit accēsio ea
rum oīm simul: ⁊ ꝓpter hāc cām apparēt in quibusdā eoꝝ cuz saltāt, come
seu caude. sed motus hnius flamme seu accensionis cū fuerit ꝓpter motuz
aduentus ignis ad illas partes attractas: ⁊ fuerit attractio earū superius:
manifestum est: q̄ hoc est ignis de cuius natura est moueri sursum. Sed si
sunt ille partes attracte inferius aut ascense ad dextrū vel sinistrū causa in
motu ignis ꝑm talem motū in his partibus: si posuerimus in eis ignē mo=
ueri ꝑ se seu ꝑm suā substantiā nō est nisi q⁊ querit materiā ꝓuenientē. ℨā
nō est in natura eius moueri inferius neq̄ ad dextrū vel sinistrū. Sed si po
suerim⁹ hāc generationē ꝙtinuā nō erit hic motus vere vnius mobilis: et
hoc videt magis. ℚō aūt talis dispositio videt de igne: manifestū est visui
de lycinio extincto. ℨā cū ponit⁹ est lyciniū ⁊ ponit: fumus ascendens ab
Y ipso flamma lycinij accensi mouet flāma sup illū fumū: ita q̄ accendit lyci
nium inferius. ¶Modus aūt secōs de generatione istarū stellarū est cū fue
rit illa pars fumosa inflammabilis retenta seu clausa in aere frigido ⁊ hu=
mido: ⁊ hoc accidit ei cū fuerit extra suū locū. ¶Cuz ergo accendit ille fum⁹
⁊ fit ignis: expellit ille ignis fortiter ⁊ velociter: sicut sagitta ꝓiecta: et hoc
ꝓpter ꝙtrarietatē que est inter ipsam est aerē frigiduz in quo fuit clausa: si
cut tu vides res calidas fugere a rebus frigidis: ⁊ egredit ille ignis ꝑ par=
tem subtiliorem illius aeris ⁊ minoris frigiditatis: ⁊ aliqñ hoc est inferius
⁊ aliqñ hoc est superius: ⁊ aliqñ ad dextrū: ⁊ aliqñ ad sinistrum: sed quan=
do fit inferius est omnino necessarius: seu coactus. ℚui aūt fit superius cō
iungunt ei due res: fugere a cōtrario: ⁊ ascendere superius: sed cum fit ꝑm
Z dextrum ⁊ sinistrū est cōpositus ex duobus motibus. s. ex necessario ⁊ natu
rali cum fuerint equaliter: ⁊ expellitur ad partem cōem eius. ¶Et signum
super hanc speciem motus est: q̄ accidit aliquādo ex fortitudine impulsus
cadere super terram aut in mare: ⁊ ideo vident iste stelle turbide ⁊ quasi in
grossate a frigiditate q̄ fecit eas cadere: sed signū notum de flamma: fit cū
illa exhalatio fumosa cōgregata hz longitudinē ⁊ latitudinem ⁊ accendit
inflammata ꝑm se totam: sicut canna ⁊ restis longa cum accendit: sed da=
li seu luminaris fiunt: cum illa exhalatio inflammata fit habens longitu di
nem magis q̄ latitudinem. Eges aūt fiunt cum fuerit illa exhalatio inflā=
mata habens linguas igneas: ⁊ ideo assimilant lane caprarum. Comete au
tem fiunt cum illa exhalatio attracta habet frigiditatem ꝑm vnā dispositio
nem cum inflammat: vel ꝓpter grossitiē ⁊ duritiem eius: vel propterea q⁊
ibidem est materia ascendens ad ipsum: ⁊ attrahit ipsam materiā ꝑm men
suram seu q̄titatem illius qō resoluit ex ipsa: vel ex ambabus simul: ⁊ ma=
xime illi qui durant ꝑ aliquos dies. Et ideo dicit de cometis q̄ sunt flāme
permanentes seu durantes. ℨam nō est differentia inter ista nisi hec dispo

sitio. ¶ Comete etiã diuersificant ꝑm diuersitatem figure eorum. et hoc ex parte materie: ex eis enim est cuius coma seu cauda est rotunda seu circularis: ⁊ hoc accidit aliquando vt appareat circulatio circundans aliquam stellam erraticam: ⁊ accidit ei moueri per motum stelle: et aliquando est etiam hoc in locis in quibus non est super eos stella: ⁊ tunc mouentur per motum totius: ⁊ hoc significat: ꝙ non est aliqua apparentia accidens ex lumine stelle circundans ipsam sicut in luna: ⁊ aliquando extensio eius est recta: ⁊ aliquando longitudo et latitudo eius sunt equales sicut narrauerunt: ⁊ aliquando longitudo eius est maior latitudine eius: aliquando habent quinq; latera. ⁊ vniuersaliter exhalatio ex qua fit: sicut dicit Arist. nõ est determinata sed diuersa ⁊ multum variabilis ⁊ ꝑm extrema varia: item accidit ei cauda: sed sunt iste stelle mote per motum celi: quia sunt ei ꝓpinque: ⁊ multotiens resoluuntur iste stelle ad stellas cadentes cum occurret stella cadens materie conuenienti ei. ¶ Et hoc significat ꝙ nõ sunt partes stelle neq; aliquid quod accidit ex societate earuz: sicut videbatur multis antiquis. Ex istis autem signis que accidunt in aere sunt apparentie tantum: sicut colores similes sanguini qui videntur in aere nocte: ⁊ turbidi qui videntur in ipso: et fosse et circulus siue rotunditas et iris habens vias et circulus latens siue rotunditas que vocatur in arabico almagara. et causa communis omnibus istis signis est. ꝙ omnibus coloribus accidit cum diuersificatur medium in quo videtur diuersitas apparentie in propinquitate ⁊ remotione: magnitudine et paruitate: in colore siue tinctura: in occultatione ⁊ apparentia: ⁊ hoc cognoscitur per visum. Nam res que videntur mediante aqua: videntur seu apparent diuerse eis que videntur mediante aere: ⁊ etiam diuersificantur res que videntur seu apparent in aere propter diuersitatem partium eius. Causa autem huius diuersitatis pertinet ad perspectiuam. illa autem de quibus loquitur Arist. in hoc sermone: hec signa sunt apparentie rubee. sicut sanguis: ⁊ turbide et rotunditas seu circulus lacteus. et vniuersaliter omnia signa que apparent in nocte: et nos procedemus in hoc secundum ordinem eius. ¶ Et dicamus: ꝙ apparentie seu colores rubei qui videntur in nocte causa in apparentia eorum est illuminatio luminis in nube grossa nigra. Nam de consuetudine luminis est cum occurrit corpori dyaphano grosso causare tincturam seu colorem: et illustrare ⁊ facere ex hoc aspectu colorem medium inter albedinem et nigredinem: id est albedinem luminis ⁊ nigredinem nubis. Et est rubeus et pauonacius. Nam visus non potest distinguere eos: et apparet hec tinctura quando temperamus seu in temperato. ¶ Et signum huius est. ꝙ sol ⁊ relique stelle cum ascendunt in aere grosso sunt rubee: ⁊ similiter apperetur ignis rubeus mediante fumo: ⁊ videtur ꝙ causa in tinctura ei⁹ est illud qõ admiscetur ei ex materia turbida: ⁊ ideo ipse in loco proprio non habet tincturam: ⁊ ex isto genere est rubedo que apparet in occasu solis. Sed cause in diuersitate harum tincturarum ⁊ fortitudine rubedinis ⁊ debilitate eius est: propter nubis in paucitate nigredinis eius ⁊ multitudine ⁊ in grossitudine eius ⁊ subtilitate: ⁊ ex parte etiam multitudinis et paucitatis eius. et ex propinquitate et distantia: et ex debilitate visus et fortitudine eius: ⁊ ideo accidit in his apparentijs: ꝙ quedam harum tincturarum sunt valde rubee: ⁊ quedam sub rubee: ⁊ quedam pauonacee: et vniuersaliter hec apparentia est secundum habitudinem agentis recipientis se turbitudines que apparent in nocte et fouee: causa huius apparentis etiam est. cum fuerint sub lumine nubes intense grossitudinis et nigredinis: ita vt non possit lumen pertransire in omnes partes illius: nobis

A Comete.

B

C

D

apparēt ptes nigre nubis magis remote:ꝛ ptes illuminate magis ppinq:
ꝛ ipse sunt in vna superficie. ¶ Et apparet vidēti ꝙ illa loca nigra sunt fo
uee:ꝛ simile huic apparentie accidit colori albo cum nigro: cum fuerit in
vna superficie. Et hoc videtur ex illo qđ faciunt pictores. ipsi enim qñ pin=
gere intendunt mēbra quasi extantia:sicut manus:pingunt ea cum tinctu=
ra alba:ꝛ membra profunda seu non exeūtia pingunt cum tinctura nigra.
Hec autem apparentia in magnitudine ꝛ paruitate seu in intentione et re=
missione est ꝑm diuersitatē agētis ꝛ recipientis:sed ista signa non apparēt
in die propter intentionē luminis solis. sed lumen agens ea est illud qđ nō
est intensum:sicut lumina de quibus dictum est:vt luminaria ꝛ reliqua ge=
nera. Cause autem quē de his se habent sicut differentie sunt dicte in per=
spectiua. nam declaratum est ibidem ꝙ cause harum apparentiarum est re
flexio radij vel fractio eius.

## ¶ De Cometis tres opiniones. Cap. vij.

A Anaxag. opi. ꝛ Democri. 1.

B Pythagoricoꝝ opinio. 2. Scella. mercurij.

C Hippo. et Eschilli opinio. 3.

D Reprobatio predictaꝝ opinionum.

E Contra tres opiniones simul.

Cōtra tertiā spāl.

OE cometis autē ꝛ vocato lacte dicamus dubitantes ad dicta ab aliis primo. ¶ Anaxa. quidem igitur et Democ. aiunt esse cometas symphasim errantiū stel larum: cum propter prope venire putentur tangere inuicem. Italicoꝝ autem quidam vocatorū pytha= goricorum vnum dicunt ipsum esse errantium syderum: sed post multū tps phantasiam ipsius esse ꝛ excessum ad modicū: qđ qdē accidit ꝛ circa mercurij stellā: qꝛ eñ modicum disgredit sepe non apparet: ita vt post multū tps appareat. ¶ Sicr aūt his ꝛ qui circa Hippocratē Chiū ꝛ discipulū ipsius Eschilū enunciauerunt: sed comā nō ex ipso aiunt habere: sed errantem propter, locū ali= quādo accipere retracto nostro visu ab attracto humore ab ipso ad solem: quia autem descendunt tardissimo tēpore apparet post tempus plurimum aliorum astrorum: vt cum ex eodem apparet subdeficiens per totum suum circulum: cedere autē ipso ad arctū ꝛ ad austrum. in intermedio igitur quidem tropicorum propter non attrahere aquam ad ipsum: quia consumpta est a solis latio ne. Ad austrum autem cum feratur copiam quidam habere talis humiditatis: sed quia parua est decisio circuli que est super terrā: que autem deorsum multiplex non potest visus hominum fractꝰ ferri ad solem: neqꝫ a propinquitate tropico loco: neqꝫ in estuis versionibus existente sole: propter quod in his quidem locis non ferri cometā ipsum: qñ vero ad boreā relictus extiterit accipere comam: quia magna est peripheria que desuper oriz̄tis: que au= tem subtus pars circuli: parua. facile enim visui hominum pertin gere tunc ad solem. ¶ Omnibus autem his hoc quidem commu niter accidit dicere impossibilia: hꝫ autem separatim. Primo qui dem igitur dicentibꝰ ꝙ errantium est vna stellarum cometa. errā tes enim omnes in circulo aīalium subdeficiunt. comete aūt mul ti visi sunt extra circulū. Deinde ꝛ plures vno simul facti sunt se= pe. ¶ Adhuc si propter refractionē comam habēt. sicut ait ihip.

ꝛ Eſchilus:oportebat aliqñ apparere ꝛ ſi comã ſtellam hanc:qm quidem ſubdeficit hic ꝛ ad alia loca:comã aũt nõ vbiqꝫ hz: nunc aũt nulla viſa eſt ꝑter q̃nqꝫ ſtellas:iſte aũt ſepe ſimul oẽs eleuate apparent ſup orizontẽ. Et manifeſtis aũt exiſtentib⁹ ipſis oĩbus ꝛ nõ apparentib⁹:ſz q̃buſdã exiſtentib⁹ apud ſolẽ nihil minus co mete apparent facti ſepe. At ꝓo neqꝫ hoc verũ qꝺ in hoc loco ad arctũ ſit cometes ſolũ ſimul ꝛ ſole exiſtẽte circa tropicos eſtiua- les. Magnus eñ cometes factus circa eum qui in Achaia terre motum ꝛ circa fluctus aſcẽſum ab occaſionibus equinoctialib⁹ hiſtoris. ortus fuit:et ad auſtrum iam multi facti ſunt. ¶ Sub principe autem Athenẽſium Eucleo Mononis factus fuit cometa ſtella Vatablus ianuario. menſe Gamelione. i. octobre ſole exiſtente circa tropicos hyema- les:ꝛ quid tantam refractionem factam eſſe ꝛ ipſi impoſſibilium Contra tres simul eſſe aiunt. ¶ Cõmunem autẽ ꝛ his ꝛ contactum dicentib⁹ primo quidem ſq ꝛ non errantium accipiunt comam quidã:ꝛ hoc non ſolum egyptijs credere oportet equidem ꝛ illi aiunt:ſed ꝛ nos vi demus. Earum enim que in femore canis ſtella quedam habuit comam debilẽ tamen. Intendentibus quidem eñ in ipſam debi le factuz eſt lumen:adiacentibus aũt viſus remiſſe plus. Adhuc autem omnes qui apud nos viſi ſunt ſine occaſu diſparuerunt in loco ſuper orizontẽ conſumpti paulatim:ita vt neqꝫ vnius ſtel le derelinqueretur corpus neqꝫ plurtum:quoniam ꝛ magna ſtel- la de qua prius meminimus apparuit quidem in hyeme in gelu ꝛ ſerenitate a veſpera ſub Aſio vel Ariſtoo principe:ꝛ prima qui dem die non apparuit tanqꝫ preoccumbens ante ſolem:ſequenti autem apparuit quãtum contingit:minimum eñ relictum fuit et mox occubuit. lumẽ autem extendit vſqꝫ ad tertiam partem celi: velut ſaltus pp qꝺ ꝛ vocata fuit via:aſcendit autem vſqꝫ ad zo- nam orionis ꝛ ibi diſſoluta fuit. ¶ Et quidam Democritus ob- tinere voluit pro opinione ſua. Dit enim apparuiſſe diſſolutis co metis ſtellas quaſdam:hoc autem non aliquando oportebat fie- ri. aliquando autem non. quid:ſed ſemper. ¶ Adhuc autem et egyptij aiunt errantium ꝛ ad ſeipſas:ꝛ ad alias fieri conuentus: ꝛ noſipſi vidimus ſtellam Jouis ꝛ in Geminis ſubeuntem cuidã his iam diſparere facientem:ſed non cometem factum. ¶ Adhuc autem ꝛ ex ratione manifeſtum. Stelle enim ꝛ ſi maiores ꝛ mino res appareant:ſed tamen indiuiſibiles per ſe eſſe videntur:quem admodum igitur ꝛ ſi eſſent indiuiſibiles tangentes nullam vtiqꝫ facerent magnitudinem maiorem:ſic et quoniam non ſunt qui dem:videntur enim indiuiſibiles:ꝛ conuenientes nihil videbun- tur maiores ſecundum magnitudines exiſtentes:quod quidem igitur dicte de ipſis cauſe falſe exiſtunt entes:ſi non per plura. Sed tamen per hic ſufficienter palam eſt.

## Capitulum Octauum.

Suppō prima.

Scda.

Tertia.

QUonīā aūt de immanifestis sensui puram⁹ sufficiēter demonstrasse ſm rōnē si ad possibile reduxim⁹: ex his q̄ nūc apparēt existimabit vtiq; aliq̄s sic de his maxime accidere. ¶ Supponit em̄ nobis mūdi ei⁹ q̄ circa terrā ōstū sub circulari est latione esse prīmā partem exhalationē calidā ⁊ siccā. ¶ Ipsam aūt ⁊ ꝓtinui sub ipsa aeris ad multū simul circunducit circa terrā sub sphera ⁊ motu circulari. ¶ Lata aūt ⁊ mota hoc mō quacūq; ꝓtingit bene delibilis existēs: sepe igit ꝑpter qđ dicim⁹ fieri ⁊ dispersoꝝ syderū discursus. Cū igit in talē ꝯdēsationē inciderit ꝑpter superiorē motū principiū igneū: neq; sit multū valde: vt cito ⁊ ad multū exurat: neq; sit debile vt extinguat cito. Sed plus ⁊ ad multū: simul aūt desubr⁹ accidat ascēdere bñ dispositā exhalationem hic fit stella cometa.

¶ Cā ⁊ modus gnarionis cometē.

Barbara pogonias

Ostēsio p ſſimile.

Qualiscūq; exhalatū extiterit figuratū. siquidē em̄ oīaquaq; sīlr cometes. si aūt ad longitudinē vocat pogonias. ¶ Sicut aūt talis latio stelle latio vī esse: sic ⁊ mās̄io quasi sīlr stelle mās̄io vī eē. Sīle em̄ qđ fit: velut si q̄s in palearū tumultū ⁊ multitudinē immiserit titionē. Aut ignis inijciat principiū modicum. Videt em̄ similis ⁊ syderū discursus huic. cito em̄ ꝑpter aptā dispōnē hypercaumaxis succedit in longitudinē. Si itaq; hoc maneat ⁊ non cōsumatur: ꝓtrāsiens aūt maxime dēsatū est hypcauma. fiet vtiq; principiū lationis ꝓsumatio discursiōis: talc aūt cometa est stella velut discursus syderis hūs in ipso terminū ⁊ principium.

¶ Discursus ⁊ distictio cometarū

¶ Oñ igit quidē in ipso inferiori loco prīcipiū ꝓsistentie fuerit p se appa ret cometes. ¶ Oñ aūt sub astroꝝ aliquo errātium: aut nō erran tiū a motu consistit exhalatio: tunc cometes fit hoꝝ aliq̄d: nō em̄ apud ipsa astra coma fit: sed quēadmodū halo circa solē apparet ⁊ lunam assequentes: ⁊ quidem trāslatis cum sic fuerit condensatus aer vt passio hec fiat sub solis itinere; sic ⁊ coma astris velut halo est. Attamen halo quidem fit propter refractionē talis colore. Ibi autem in ipsis exhalationibus color apparēs est. ¶ Oñ doquidem igitur ſm stellam fit talis concretio: eandē necesse manifestare lationem ⁊ motum cometam: qua quidem fertur stella. Cum autem constiterit per se: tunc subtardantes videntur: talis enim latio mundi qui circa terram. hoc enim maxime insinuat nō esse refractionem quandam cometam vt halo in hypercaumate puro ad ipsam stellam factam: ⁊ non vt dicunt qui circa Hippocratem ad solem: quia et per se fit cometa sepe ⁊ frequentius quā circa aliquas determinatarum stellarum. De halo quidem igitur causam posterius dicemus: ¶ De eo autem quod est esse igneam consistentiam ipsoꝝ: argumentum oportet putare: qđ significant plures facti spiritus ⁊ siccitates. Palam enim qđ

Diuersi motus planetarum.

Patablus de area. i. ꝯsona.

fiunt

fiunt propter multam esse talem segregationem: quare siccioremT
necessarium esse aerem: ꝛ disgregari ꝛ dissolui euaporans humi- Comete
dum a multitudine calide exhalationis: vt non consistat facile in ignee cō-
aquam. Manifestius autem dicemus et de hac passione: quan- stitutio.U
do et de spiritibus dicendi fuerit tempus: quando quidem igit
crebri et multi apparent sicut dictmus sicci ꝛ spumosi fiunt anni x
notabiliter. quando autem rariores ꝛ tenuiores magnitudine: si
militer quidem non fit tale. Attamen vt frequenter fit quidem
excessus spiritus: autē tempus/aut secundum magnitudinem.
quoniam ꝛ quando in Egis fluuij cecidit lapis ex aere a spiritu
elcuatus cecidit per diem. Accidit autem ꝛ tunc cometes stella
factus a vespere/et circa magnam stellam cometā siccam erat
hyems ꝛ boreales/ꝛ fluctus propter contrarietatem ventorū fa-
ctus fuit: In sinu quidem enim boreas obtinuit: extra aūt auster
flabat magnus. adhuc autem sub principe Nichomaco factus
fuit paucis diebus cometes circa equinoctialem circulum non a
vespera faciens ortum/in eo qui circa Corinthum spiritus eue-
nit. Eius autem quod est non fieri multos sepe cometas/ꝛ magis
extra tropicos q̄ intra: causa solis ꝛ astrorum motus/non solum
segregans calidum/sed ꝛ disgregans quod consistit/maxime aūt
causa: q̄ plurimum in lactis congregatur regionem.

¶ Sermo de Cometis ex sua media expositione circa primum
librum meteororum.

Dicamus q̄ quidam philosophi: vt Anaxa. ꝛ Democri- A
tus dixerunt quod stella comata est stelle multe
aggregate mote non firme ex stellis erraticis: ꝛ apparet sensui
propter propinquitatem quarundam earum ad quasdam lumē
coniunctum seu continuum simile caude seu come. Alij autez vt
Itali de secta Pythagore dixerunt q̄ stella comata est vna de stellis erra-
ticis que aliquando apparet. Cū aūt vī in ipsa est additamētū paucū seu
parū in ipsa: vult dicere q̄ est de suo corpore: sicut additamētū q̄ appet
in marte aliquando in hac dispōne quasi cauda ipse enim ascendit ꝛ videt
quasi paruus: postea variatur situs cum ascenderit: ꝛ apparet aliq̄n scōm
hanc dispōnem. ¶ Hippocra. autem ꝛ discipuli eius dixerunt q̄ cauda ei⁹
nō est ps illius: sed accidit ei hoc accūs pp fractionē lumis ei⁹ ex hūiditа B
te aeris ꝛ accenditur in ipso: ꝛ h̄ hūiditas accidit ei pp attractiōez ipsi⁹ a
sole ad ipsum: inquit: ꝛ de nā hui⁹ stelle inter reliq̄s stellas erraticas est
morari lōgo tempore sub sole: et ideo non apparet nisi in lōgo tpe magis
q̄ apparent relique stelle erratice: dixit: ꝫ apparet ei coma q̄n appet i ae-
re p̄m cōplemētū eius circuit⁹ ꝛ hoc vel in pte septētrionali vel in parte me
ridionali propter humiditatē q̄ inuenitur magis in his duab⁹ partibus
sed cum fuerit in alia pte celi p̄ter. h̄ loca nō apparet in ipso cauda ppter
humiditatem que est illic aliq̄d: neq̄ est illic aliquid quod sol attrahat ad
ipsum: neq̄ id quod attrahit est h̄ ēt dixerunt: ꝛ cū fuerit h̄ ita in extremi-
tatibus celi in parte meridionali non apparet nobis cauda ei⁹ pp decli-
nationem illius a visu nostro: sed cū fuerit in parte septētrionali apparet
quomodocunq̄ fuerit propter ꝓpinquitatem visus nostri in illa parte. ſ.

propter propinquitatem illius a directo capitis nostri:dixit:7 iste sūt opi
C niones antiquorum ex stellis comatis:7 sunt tres:7 iam oportet nos pri⁹
inuestigare de istis:postea autem dicere id quod apud nos ē de hoc.¶Et
dicamus q̄ impossibile est vt sit stella comata stelle quedam erratice con=
gregate vt dixerunt Democritus 7 Anaxa.7 illorum socij.vel vt sit vna ea
rum:vt dixerunt Itali neq̄ id quod dixit hippocra.geometra 7 discipuli
eius.¶Si enim esset congregatio stellarum erraticarum vel vna earum
non viderentur stelle comete extra zodiacum:nam erratice non transeunt
in latitudine earum zodiacum nisi parum.Iste autem scilicet comate ap=
D parent extra latitudinem.¶Preterea si cauda vt.d.hippocra. geometra
esset propter humiditatem aeris:sequeretur vt ista stella debz apparere ali
quando non comata sicut accidit lune de halo 7 soli de solibus que appa
rent prope.¶Preterea si cauda accidit propter attractionem ipsi⁹ aeris
humidam vel propter attractionem solis ipsum ad se vel propter ista duo
simul:necessarium esset accidere hoc omnibus stellis erraticis 7 non acci=
dere vni earumvt iste putauit.¶Preterea ista stella.s.comata aliquando
apparet et relique stelle quinq̄ et iam sunt discooperte:hoc autem signifi
cat q̄ hec stella non est aggregatum ex istis:neq̄ vna earum.¶Preterea si
stelle comate come earum essent apparentia non aliud sequeretur vt spēs
ipsarum sint multe:nos autem inuenimus species cometarum quinq̄:ita
E inuenimus hunc sermonem in translatione que peruenit ad nos: et non
Res q̄ sūt q̄ apparē tiā deter= minate sūt sicut res nāles. est manifestus.¶Et debemus considerare de ipso:nam res que sunt p̄ ap
parentiam seu propter visum iam determinate sunt sicut res naturales :
nisi velimus dicere q̄ ipsi non possunt complere causam propter quā in
ueniuntur quinq̄ species tantum per apparentiam:7 si concesserimus eis
q̄ esse earum est propter visionem seu apparentiam:difficile est eis dicere
cur non sunt plures:non autem faciliter possumus dicere cāz diuersitatis
istarum propter figuram vaporis.¶Inquit:ille autem qui dixit q̄ iste nō
videntur nisi in parte septentrionali falsum est.Jam enim hec stella appa
ruit in alia parte a parte septentrionali:et apparuit etiam cum sol fuit in
ascensione sua estiuali:vult dicere vt puto q̄ si esset causa apparentie p̄p
humiditatem aeris qui vadit in parte septentrionali cum esset sol in sua
ascensione estiuali non esset in hac hora in ista parte vapor humid⁹ i quo
F accidit hec refractio.Inquit:7 iam vidi ego stellas comatas in parte meri
dionali in tempore Regis Eucleo Molonis 7 vidi ipsas in parte septen=
trionali in ascensione sua hyemali:vult dicere:7 sol tunc est remotus ab
ipsa.7 ipsi putant q̄ causa qualitatis aeris dispositi ad refractionem sunt
due res:humiditas aeris:7 attractio solis attrahentis illam humiditatē
apud se. Cum autem ipsa sit in septentrione 7 sol in meridie scilicet in
suo solsticio hyemali:tunc est remotus ab illa.Inquit.et totum hoc est si=
gnumq̄ stelle comate non sunt hę res quas diximus.¶Postq̄ autez erro=
S horum dictus est:7 stelle comate vniuersaliter non sunt de stellis que sunt
partes corporis quinti:et quod cauda earum non est apparentia seu visio
oculi tantum propter humiditatem:oportet iam vt sint stelle comate aer
superacēsus scilicet ille stelle 7 caude eorum simul:et hoc cum fuerit ꝟ sup
accensio seu inflammatio que accidit non propinqua alicui de stellis er=
raticis:7 caude sunt composite seu constitute ex apparentia accidit a lumi
ne stellarum in vapore sibi propinquo superaccensio:et tunc continuat
seu coniungitur lumen huius stelle cum lumine huius vaporis:7 apparet
longa:et hec cauda que est fumus accensus non est contuncta seu ꝓtinua
cum stella:sed apparet continua cum ipsa:quia lumen stelle continuatur

cū lumine illius vaporis:ꝛ apparet quasi ipsum esse totū vnū lumē lōgū. ¶Inquit:ꝛ hoc accñs qđ accidit stelle cū vapore ignito supaccēso est sile ei qđ accidit circa lunā de halo:ꝛ circa solem de solidº. Inquit:ꝛ ideo apparet illa cauda color seu speculū illuminatū. Nā lumen cū expandit in pte supaccēsa retrogradit seu redit posterius:sicut accidit in lumine illustrā te in aqua ad parietem: ꝛ apparet illuminatus. ¶Et id quod vī ex verbis Ari. hic de cometis est ꝙ quedā sunt ignis accensus:seu vapor accēsus:ꝛ ista non est dīa inter se ꝛ inflāmationes:seu corruscationes:nisi ꝙ iste durant pp cōuenientiā materiei que illic ascēdit ad ascensionē ꝛ multitudinē illius:et cum dissoluit illa mā:corrumpit stella comata. ¶Posuit etiā q̄s- dā esse alterius speciei:ꝛ sunt illa in quibus apparet cauda cōtinua q̄busdam stellis erraticis:et hec cauda est composita ex apparentia ꝛ ex vapore superaccenso. ¶Et Alex.apparuit hoc:ꝛ vī ꝙ quelibet stella comata ē ignis supaccēsus:siue cauda illi⁹ apparētie ꝙiuncta alicui stelle:siue fuerit extra ipsas.ꝛ dicit ꝙ Arist.assimilauit hāc spēm cometaꝝ haloni ꝛ solibusq̄ apparēt prope stellam:ꝛ qꝛ mouentur cum motu stelle:ꝛ non sunt apud ipsum apparentia:neq; in ipsis est aliqua pars ex apparentia. ¶Et videtur ꝙ magis conuenies est de eis que apparent cōiuncte alicui stelarum:vt causa illius seu illarum sit composita ex apparentia et vapore superaccenso propter id quod apparet in eis de lumine lustro ꝛ puro vt narrauit Arist.ꝛ qꝛ etiam apparent continue seu coniuncte stelle.cognoscere autem veritatem de hoc est per considerationē accidentiū earū. Nam cum genus rei fuerit ignotum non est dubium ꝙ non debemus declarare seu stabilire genus eius:ꝛ postea verificabitur affirmatio seu assignatio cause eiusdem:ꝛ ꝑm hoc non erit differentia inter suum sermonez in causa huius speciei stellarum.s.quarum cauda est apparentia tantum:ꝛ ītr sermonem Hippocratis geometre:nisi ꝙ isti dicunt ꝙ color seu res ex q̄ apparet hoc est aer humidus:et Aristo.dicit quod est vapor siccus:ꝛ ꝙ ipsa est composita ex apparentia et igne. ¶Preterea ipsi etiam ponunt hoc in quibusdam stellis erraticis solum:et Aristo.videt hoc esse possibile ī quali bet stella. ¶Preterea Arist.posuit visionem seu apparentiam causam particularem.s.quibusdam:illi autem causam vniuersalem.s.omnibus:sed ꝑm opinionem Alex.nulla est conuenientia inter dictum istorum ꝛ dictum Arist. Hec sunt verba Cōmentatoris in dicta expositione.

3 Cū genº rei fuerit ignotū ñ debemus stabilire illud.

¶De Lactea. Cap.nonum.

Tres opiniones et earū iprobatiões.

Aliter autem:et propter quam causam fit ꝛ quid est lac:dicamus iam pdiscutientes autē ꝛ de hoc que ab alijs dicta sunt primo vocatorum quidem igitur pythagoricorum quidam aiunt viā cē hāc: hi quidem excidentium quorundam astrorū ꝑm dictā sub Phetonte lationē. Hi aūt solē hoc circulo aliqñ delatū esse aūt velut exustū esse hūc locū aut aliquam aliam talem passionē passum esse exhalatiōe ipoꝝ. ¶Inconueniens autem non contelligere ꝙ si quidem hec erat causa:oportebit et zodiacum circulum sic habere:ꝛ magis quā eum qui lactis. Omnia enim in ipso feruntur errantia:ꝛ non solum manifestus autem nobis totus circulus. semper enim ipse manifestus semicirculus nocte. Sed nihil vī tale passus

A Opio pythagoricorum.

impugnatio.

nisi quia copulatur pars ipsius ad lactis circulum. Que aũt circa Anax. z Demo. lumen esse lac aiunt astrorum quorundam. solem enim sub terra latum non respicere quedam astrorum: q̃cunq; quidem igitur aspiciuntur ab ipso horum quidem nõ appare re lumen: phiberi. n. a solis radijs. Quibuscunq; autez obstruit terra vt non aspiciantur a sole: horum proprium lumen aiunt eẽ lac. ¶ Manifestum aũt q̃z hoc impoſe: lac quidẽ enim semper idem: z in eisdem est astris: apparens eñ maximus ens circulus a sole aũt semper altera que non aspiciunt: q̃z non in eodem manet loco. Oportebat igitur translato sole: trãsferri z lac: nunc aũt non apparet hoc fcm. Adhuc aũt si quemadmodum ostenditur nunc in his que circa astrologiam theorematibus solis magnitudo maior: q̃z que terre: et distantia multo maior que astrorũ ad terram: q̃z que solis: sicut que solis ad terrã: q̃z que lune: nõ itaq; longe alicubi a terra conus qui a sole contacet radios: neq; vtiq; ¶ vmbra terre que vocatur nox erit apud astra: sed necesse solez in omnia astra prospicere: z nulli ipsorum terram obsistere. ¶ Amplius autem est tertia quedam suspitio de ipso: dicunt enim quidam lac esse refractionem nostri visus ad solẽ: sicut z stellam cometam. Impoſe autem z hoc: siq̃ dẽ. n. videns q̃euerit z speculũ quod vi oẽ in eodem signo speculi eadẽ appebit vtiq; pars emphaseos. Si autem moueatur speculũ z qõ manet in eadem distantia semper ad videns et quiescens adinuicem: aut neq; eque velociter: neq; in eadem quidem distãtia impoſe eandez emphasim in eadẽ esse pte speculi que autem in lactis circulo lata astra mouentur et sol ad quem refractio manentibus nobis: et similiter et equaliter. Ad nos distantia ab ipsis autem non equaliter: quandoquidẽ eñ delphis noctibus mediis orit: aliqñ aũt diluculo: partes aũt lactis eedem manent in quocunq;: z q̃dem non oportebat si erat emphasis. Sed non in eisdem esset hec passio locis: adhuc autem nocte in aqua z talibus speculis: lac quidem illuceſcit aspicientibus: visum autem refrangi a sole qũo poſe. Qõ q̃dẽ igit neq; via planetaꝝ nulli⁹ neq; lumẽ ẽ neq; respectorũ astroꝝ neq; refractio: er his manifestũ: fere aũt hec solũ sunt q̃ vsq; nũc tradita sunt ab alijs. ¶ Nos aũt dicam⁹ resumẽtes pncipiũ nobis suppositũ. Dictũ. n. est pri⁹ q̃ extremũ dicti aeris potẽtiã hz ignis z motu disgregato aere segregat talis cõsistentia qualẽz cometas stellas esse dicimus. Tale igitur opz intelligere factum qõ quidem in illis: cum non per seipsa fuerit talis segregatio: sz ab aliquo astroꝝ: aut fixorũ: aut errantiũ. tũc eñ hec videnť comete: q̃z assequunť ipsarum lationẽ: quẽadmodũ solis talis concretio aqua ꝓpter refractionẽ halo apparere dicimus: cũ sic fuerit dispositus aer. Quod itaq; ꝑm vnum astrorum accidit:

Anaxa. et Democr. opinio. sũ

Reprobatio.

Tertia opinio.

Arist. opio

hoc oportet accipere factum circa totum celum: ⁊ superiorem lationem. Rationabile enim siquidem vnius astri motus et eum qui omnium facere tale aliquid ⁊ arripere: ⁊ cum his adhuc secundum quem locum creberrima et plurima: ⁊ maxima existunt entia astrorum. ¶ Quod quidem igitur animalium propter solis lationem ⁊ planetarum dissoluit talem cõsistẽtiã: pp qđ quidem multi cometarum extra tropicos fiunt adhuc autem neq̃ circa solem: neq̃ circa lunam fit coma: citius enim disgregatur q̃ vt constet talis concretio. ¶ Iste autem circulus in quo lac apparet aspicientibus: ⁊ maximus est existens: et positus situ sic: vt multum tropicos excedat. Adhuc autem locus plen⁹ ẽ astris lucidis ⁊ fulgidissimis adhuc sporadicis vocatis: hoc autem est et oculis videre manifestum vt propter hoc continue: ⁊ semper hec omnis aggregetur concretio. Signum autem ipsius etenim circuli amplius lumen est in altero semicirculo habente duplatum. In hoc enim plura ⁊ crebriora sunt astra q̃ in altero tanq̃ non propter alteram aliquam causam facta claritate q̃ propter astrorum lationem. Si enim ⁊ in hoc circulo fit in quo plurima ponuntur astrorum et ipsius circuli in quo videntur magis spissa esse et magnitudine ⁊ multitudine astrorum hanc verisimile existimare conuenientissimam esse causam passionis. Considera tur autem et circulus: et que in ipso astra ex subscriptione: sporadica autem vocata siquidem in spheram non erit ordinarie: qa nullam per finem habet vnumquodq̃ potentiam manifestam: ad celum autem respicientibus est palam. In solido enim ḣ circulorum intermedia plena astris talibus sunt: in aliis autem deficiunt manifeste. Quare autem siquidem ⁊ de apparendo cometas acceptamus causam tanq̃ dictam mediocriter: et de lacte eodem modo existimandum habere. Quod enim ibi circa vnum passio hec circa circulum quendam accidit, fieri eandem. Est lac vt est dicere velut diffinitum maximi circuli propter segregationem coma: propter quod quemadmodum prius diximus: non multi neq̃ sepe fiunt comete: quia continue est segregata: et segregatur secundum vnamquanq̃ periodum in hunc locum semper talis consistentia. De factis quidem igitur in eo qui circa terram modum continuo lationibus dictum est: de discursu quidem astrorum ⁊ ignita flamma: adhuc autem de cometis ⁊ vocato lacte: fere enim sunt tot passiones apparentes circa locum hunc.

Quare fit circul⁹ lacteus.

¶ De via lactea. Capitulum Tertiũ.

Digressio Auerro.

DEstq̃ autem locuti sumus de hoc: debemus nos transferri in circulatione seu via lactea: et est signum quod videtur in celo: sed prius loqui de dispositione huius an sit apparentia tantum: an genus eius est cometa-

rum. ¶Ex verbis aũt Alex. videt q̃ gen⁹ eius ꝛ genus cometarũ est vnum
ipse enim putauit q̃ circulatio lactea est sub celo. Naz qz multe comete cau
santur sub quibusdam stellis propter fortitudinẽ ascensionis stellarũ accẽ
dentium exhalationem fumosam que est sub eis: possibile est in hac parte
celi si sit hñs multas stellas ꝓpinquas magis q̃ꝫ in reliquis vt accidat eis
ꝑm totum tale accidẽs. ¶Et nos debemus considerare partes syllogismi: ꝛ
si acceptum sit in eo aliquid in quo cõtinet falsum vel nõ: ꝛ dicamus q̃ mi-
noz propositio: ꝛ est q̃ hec loca celi habent multas stellas propinquas ma
gis q̃ꝫ relique partes celi: dz verificari per sensum. ¶Maioz aũt propositio
que est q̃ stelle in eo q̃ stelle de cõsuetudine natura earum est accendere il
lud quod est sub eis ex exhalatione fumosa ꝛ attrahere hic ad ipsas: ꝛ cum
fuerunt stelle plures vel maiores est operatio earum: maioz est vera ꝓ meã
vitam. ¶Et apparet hoc per inductionem in inflammatione ꝛ ascensione:
nam ꝑm multum videnť sub stella. Sed quod sequitur ex hoc sermone est q̃
in illo loco celi fiunt hec signa ꝑm plurimuz. Sed q̃ hc stelle accidit ex mul
titudine earum accendere aerem sub ipsis semper ꝛ non cessare ab hoc vi-
detur nobis hoc non sequi ex sermone predicto: nisi fuisset positum in prin
cipio inuestigationis q̃ est exhalatio accensa tanq̃ res cuius esse est mani
festum per se: ꝛ ideo ꝑm hoc: per ea que declarata sunt: põt assignari causa
huius ꝑm istum modum. Sed q̃ sit differentia simpliciter cõcludens cãm ꝛ
esse simul: vt sicut videtur ex dictis Alex. nondum est declaratũ. ¶Et hoc
cum sit ita considerabimus nos si sequitur expositione huiꝰ ꝯclusionis fal
sum: vel non: ꝛ est q̃ circulatio lactea est exhalatio accensa in longitudine
celi: ꝛ dico q̃ cum hoc sit ita positum: sequitur de necessitate vt accidat stel
lis que videť mediãte hoc signo diuersitas visionis seu aspectꝰ in climati-
bus diuersis ꝛ locis diuersis terre. nam ipse videnť mediante isto corpore
accenso. ¶Et videnť in superficie eius: ꝛ accideret ex hoc vt sint linee que
exeunt a visu nostro in diuersis climatibus ꝛ in diuersis locis terre ad vnã
met stellã: ꝓ quas tangit superficiem illius corporis cum transeunt in ipõ
in locis diuersis eius ad vnãmet stellam ꝑm loca diuersa illius signi. s. vie
lactee. ¶Exemplum huius: nam nos videmus aquilam volantem in parte
huius signi in oriente terra nostra: ꝛ sequereť igitur ꝑm hoc cum translati
fuerimus ad partem oppositam terre nostre ꝑm longitudinem in illa q̃ est
minoris longitudinis q̃ꝫ terra nostra: videre illud in secundo latere seu in
alio. hoc autem nunq̃ accidit: ꝛ inuestigat de hoc in locis diuersis ille qui
vult intelligere hoc: hoc autem sequitur de necessitate. naz res que fiũt sub
celo lune: accidit ei diuersitas visionis seu aspectus: sicut declaratũ est in
mathematicis. ¶Et etiam vt dictum est si hoc signum esset exhalatio accẽ
sa: sequeretur q̃ minoraretur in hyeme: ꝛ multiplicaretur in estate: ꝛ in vno
anno esset maioz: ꝛ in alio minoz: hoc etiam nunq̃ apparet: sed est semper
ꝑm vnam dispositionem. Et videtur q̃ si esset talis exhalatio ꝑpetua in aere
ꝑm magnitudinem huius loci: corrũperet totus aer ꝛ transmutaretur ad
ignem: ꝛ etiam saltem in parte correspondente: ꝛ in terra esset signum sen-
sibile in paucitate pluuiarũ: ꝛ vlr in extensione caloris ꝛ illis que sequunť
ex ipso. ¶Et postq̃ꝫ declaratum est ex his sermonibus q̃ via lactea non est
exhalatio accensa: videtur q̃ est conueniens vt sit apparentia tm̃: nam qz
impossibile est ponere hoc signum sensatum in corpore celi: nam illud qđ
videť de partibus eius sunt stelle tm̃: ipse semper videntur rotunde sicut de
claratũ est de figura earum: hoc autem signum videť semper longum. Re-
manet ergo vt sit hoc accñs eueniens celo stellarum lucidarũ propinqua-
rum in superficie corporis accensi: mediante quo videntur ille stelle: et il-

tud est ignis cuius esse declaratum est. Nam ꝓpter ꝓpinqtatē eaꝝ accidit eis vt reflectantur lumina eoꝝ in superficie ignis aut huius corpis fumorei et hoc est illud qđ est q̄si mediū intra aerē et ignē. Cū ergo reflectuntur ad miscentur lumina: sicut si imaginati fuerimus ꝙ circulatio seu rotunditas q̄ est in luna sit magis q̄ꝫ vna luna ita vt circulationes ingrediuntur que dā in quibusdā. Tūc em̄ accideret eis in visiōe figura longa. Sz differētia inter circulationem lacteam et rotunditatem seu circuitum est: qz apparētia seu color mediāte quo videt circuitus est generabile et corruptibile. Color aūt mediāte q̄ videt hoc accns in stellis est eternꝰ. Et iō videt ꝙ sit hoc cō sequēs nām ignis in eo ꝙ ignis: et vīr nām corporis mediāte quo vīr iste stelle. Et videt ꝙ stelle hēant in illo corpe aliquā actionē et aliquā ꝓparatio nē vt recipiāt talē visionē: ppea qz hec ps celi est diuersa a reliqs ptibꝰ eiꝰ. Et ex hocvī ꝙ ꝑmo in hoc signo pficit ꝑ hos duos modos: et sic inuenimus Aristo. fecisse: et hoc apparet ex verbis eius in translatione que puenit ad nos. Et si forte Alex. voluit hoc verū est tñ ꝙ manifestū sui sermonis nō iu dicat hoc: cū hoc ꝙ iā remānsit super ipm̄ pars nō pauca ex hoc sermone. Et forte posuit hoc ꝑm brevitatē: vel forte est propter errorē accīntē in translatione. Nā multotiēs peruertitur intētio rerū ꝓpter trāslatores: et sequitur ex hoc mutatio in ꝑmone. Alex. n. magis dignus est q̄ꝫ vt putetur de eo sermo ꝓdictus: cū hoc ꝙ inueniatur in lib. Arist. oppositū eius. ¶ In media sua expositione circa viā lacteā inqt: et postq̄ꝫ diximus de cometis dicamus nūc de galasia dicendo q̄d est et quō seu qualis est. Incipiendum tñ de hoc primo narrādo opiniones antiquorū et quō inter se differūt. ¶ Et dicamꝰ ꝙ Pythagoras et eius socij dixerūt de via lactea ꝙ ipsa est vīr vestigiū vie q̄ fuit ex motu q̄rūdā stellarū in ipsa in tpe antiquo cū corrupte sunt ipse stelle in quodā tempore: et facte sunt flāma seu lumē accensum: qz quedam earum corruperūt quasdā: et mote fuerunt et mixte quedam cum quibusdā: quidam aūt horū dixerūt ꝙ sol forsan ambulauit in quibusdam horis in ista loca celi: et ꝙ apparet esse vestigium vie eius. ¶ Error autē horū manifestus est per se. si. n. via lactea esset ex vestigio vie solis: necessarium esset vt sit hoc vestigiū in planetis ad quos vadit sol et reliqne stelle erratice: sed tale vestigium non inuenitur in eis. igitur ipsa non est vestigium vie seu ambulationis solis. ¶ Tacuit autem destructionem prime opinionis: naz ipsa est manifeste corruptionis per se ex iā dictis: et ex hystorijs scriptis. Jā em̄ declaratū est hoc corpus esse ingenerabile et incorruptibile: neq̄ dictuz est oīno ab aliquo fidedigno astrologo seu cōsiderante ꝙ illic fuerunt stelle et fuerūt corrupte. ¶ Inquit. socij autem Anaxa. et Democ. dixerunt ꝙ galasia est lumen stellarum ad quas nō peruenit lumen solis cum terra occultat ipsas. i. cū interponitur terra inter ipsas et solem. ¶ Sermo autem iste erroneus est duobus modis. ¶ Unus eorū est ꝙ si hoc esset ita: necessarium esset vt stelle quibus hoc accidit essent obscure per remotionē solis. s. ꝙ nō viderentur in galasia stelle met. ¶ Scōs aūt est ꝙ si cōcesserimus ꝙvmbra terre peruenit ad illū celū: sequeretur ꝙ moueretur seu mutaretur hec vmbra ab oriente ad occidentem: sicut mouetur sol sub terra ab occidente ad orientem. ¶ Inquit. et error istorū etiā manifestus est ex declaratis in mathematicis astrologis. Jam em̄ declaratū est ꝙ vmbra terre est acuta: ꝑpter ea quia sol est valde maior terra: et ꝙ hoc acumen non peruenit ad stellas fixas: ppea quia distantia stellarū fixarū a terra est multiplex distantia solis a terra cum magnitudine solis et paruitate terre. Cum igitur hoc acumen non attingat celum stellatum in quo est galasia: et lumē solis cū est sb terra attingit locū galasie: quō igitur dicere possūt ꝙ galasia est vmbra

terre. ¶Et debes scire q̄ nō est vex etiā vt sit galasia dilatata vmbra quaz affirmauerūt quidā posteriores mathematici: ꝓpterea qz galasia est lōga. ⁊ terra est rotūda. ¶Inqt. alij aūt dixerūt q̄ galasia est vestigiū cātuz ex reflexione radij solis ab aere ad illum locū: sicut reflectit radius a speculo super parietē sup quē nō cadit lumē sine reflexione. s. p se vt dixerūt de stellis comatis. hoc aūt est errox. si em̄ via galasia esset lumē reflexū ab aere moueretur p motum luminosi qō est sol sicut mouet lumē reflexū p motū luminātis: nos aūt videm⁹ galassiam in nocte ⁊ in die qñ hoc est poſe in vno loco semp. ¶Et sequeret ſm hāc opinionē etiā vt sit speculū: ex quo fit reflexio ꝙiunctū seu firmū: secus opz hoc in luminoso seu in luminante. hoc autem impossibile est in aere vt sit in ipso quasi speculū firmū seu ꝙiunctū semper nisi ipsum haberet cām perpetuā. ¶Inqt. iam igit declaratū est q̄ galasia nō est via quarundā stellax: necz. est ex vmbra terre: necz est apparentia accidens in reflexione a sole. ¶Dicamus igit q̄ galasia ſm hunc modum est quē nunc dicā: iam igit declaratū est q̄ aer ꝓpinquus corpibus celestibus est inflammatus ignitus: ⁊ apparēt in loco in quo videt galasia in celo stellato stelle multe magne ⁊ parue lucide ⁊ propinque lapideate: vt posuit. Otietes ⁊ alij cōsiderātes de hac via. ¶Et cum he due propōnes verificate sunt nobis possumus ex eis ꝙcludere duas cōclusiones: vna earū est q̄ galasia est ex reflexione luminū hax stellax in aere inflammato exñte in hoc loco. ⁊ ſm hoc opz si ipsa sit apparētia vt sit lumē agens apparentiā firmū ⁊ eternū ⁊ speculū semp permanēs: hoc autem ꝙtingit in hoc sermone: speculum aūt seu quasi speculū est ꝓpter multitudinē stellarū illic exñtiū: necesse est em̄ vt iste locus calefiat ⁊ subtiliet magis alia parte aeris ꝙtigui ex reliquis partibus celi: ita vt subtilitas ⁊ puritas eius sit cā ad reflexionem. si cōcesserimus q̄ subtiliatio ⁊ purificatio est cā reflexionis: q̄ aūt illic sit lumen firmū magis intēsum lumine exñte in reliqs partib⁹ celi: manifestum est: cū hec pars celi hz plēs stellas: hoc aūt fundat in hac radice. s. q̄ corp⁹ celeste nō pōt recipere speculū seu nō pōt esse quasi speculum. ¶Conclusio aūt scōa q̄ apparet primo aspectu sequi ex hoc dicto: est q̄ galasia est aer ac census ignitus sicut est dispositio in cometis. ⁊ ſm hoc opz si esset ita: vt sit agens firmū illic seu pmanēs huic igni propriū semp huic loco: hoc autez est multitudo stellax exñtium in illa parte celi. ¶Alex. aūt credidit de galasia ⁊ putauit q̄ hec est opinio Arist. sed id qō videt ſm maiorē partē verborum Arist. in traductione q̄ puenit ad nos est sermo primus. ex quibusdaz autem apparet primo aspectu q̄ est vt dicit Alex. ¶Sed si esset galasia corpus ignitum esset necessariū accidere stellis que sunt in galasia diuersitas aspectus ab illo corpore. ¶Et esset necessarium. U. g. vt stella que videt in vna sua parte seu extremitate ex parte orientali hominibus occidētibus in alia extremitate: ⁊ iam inspecte sunt stelle q̄ sunt in ipsa in terris diuersis: ⁊ videt eis vnus situs: ⁊ ego iam ꝙsideraui seu vidi stellam cadentē seu aquilam cadentē q̄ est in extremitate galasie in Corduba ⁊ in Marocho: ⁊ inter duas has ciuitates est distantia multa in lōgitudine: ⁊ inueni ipsam in his duabus ciuitatibus in vno situ seu loco. ¶Preterea si galasia esset ignis sequeretur vt augmentaret in annis siccis: ⁊ paruificaret in annis seu in tempore humido. ¶Et esset necessarium vt videt habere vestigiū in parte quā determinat de aere. ¶Et cum impossibile sit vt ipsa sit nisi apparentia modo quo iam diximus vel corpus ignitum ⁊ est impossibile ipsam esse corp⁹ ignitum necessarium est vt sit apparentia modo iam dicto: vel composita ex istis duabus rebus simul vt dictū est de cometa seu de cauda que appareret cū aliqua stella de stellis erraticis. Sed apparentia illa seu speculū non

W
Opō. Ari.

Alex. opō.

Impugna.

est permanens seu eterna:in hoc autē est eterna. ¶Sed cecidit hec dubitatio:propterea qꝝ genus galasie nō est notum. Cause eīm possibiles nō habēt vim dare seu ꝯcludere esse ꝛ cām simul.ſ.cause efficiētes ꝛ materiales: ꝛ ideo nos debemus declarare primo esse generis illius ꝑ signū seu rōnē vt nos feci mus:postea aūt inuestigare de hoc assignādo cām. Arist.aūt dimisit hoc propter breuitatē. Hoc est totū qꝝ possum⁹ rōcinare de hoc de his que dixit Arist.in isto libro. ¶Cum aūt res sit ꝯsiderata ſm vltimā cōsiderationē et accipiat in hac cōsideratione id qō declaratū est de dispōne apparentie seu visionis in scia pspectiua videt qꝝ iste sermo est possibilis:ꝛ qꝝ in hoc est magna difficultas.nam lumē qō apparet in hac parte celi vocata lactea de necessitate vel illud lumē est lumen illarū stellarꝝ q̄ sunt illic:vel lumen ignis generati.sed iam declaratum est qꝝ impossibile est vt sit lumen ignis: ergo nō remansit nisi vt sit lumē stellarū q̄ sunt illic:cum aūt stelle videnť:ꝛ etiaꝫ lumen earū:opꝫ de necessitate vt lumen earꝝ videt seu apparet modo alio a modo ſm quē vñr ille stelle vt declaratum est in perspectiua.hoc aūt nō potest esse nisi esset ſm modum refractionis siue appareant stelle ꝑ radium rectum siue per radium reflexum.iam eīm declaratum est in perspectiua qꝝ nō videt nisi ſm aliquē istorum trium modorꝝ:qō nō est possibile vt videatur res duplicata per vnū radium:cum aūt apparentia impossibile est vt sit nisi ꝑ refractionē radij necesse est vt sit illic quasi speculum in quo possibilis est refractio.hoc autem impossibile est in igne:nā ignis subtilior est aere.ſ. ignis nō luminosus q̄ est illic.refractio autez manifesta fit a corpore grosso diaphano ꝑ qō nō transit lumē:impossibile est igit vt sit hoc qō accidit istis stellis simile ei qō accidit lune de halo:ꝛ qꝝ ꝯtinuent lumina earꝝ quedā cuz quibusdam donec perueniat ex ipsis figura longa. Nam aer qui correspondet illo loco seu qui est versus illum locum remotior est a refractione relictis partibus aeris:qz ipse est subtilior vt credidit Arist.ꝛ cum hec apparentia nō pōt esse nisi ꝑ radium refractum ꝛ nō est illic speculū eternum cui occurrit tale accns semp in ipso qō est versus istam partē.sequit qꝝ nō verificatur id qō dictū est de ipsa qꝝ ipsa est refractio luminis a corpore igneo seu ignis.nam nō sequit ex hoc qō medium qō est inter nos ꝛ ipsam est subtilissimum nisi qꝝ ipsa appareat ex reliquis stellis in posteriori parte columne.nam iam declaratum est in perspectiua qꝝ stelle opꝫ qꝝ appareant per radium reflexum.hoc aūt nō ꝯtingit in isto aspectu appropriari nisi ſ⁹ ponemus illic radiū refractum:nam ipsa est apparētia duplicata: nam res iā apparet figura eius duplicata.ſ.qꝝ vnū apparet duo cū videt ꝑ se ꝛ mediante speculo ꝛ speculū ex quo fit refractio esset dispositum in hoc:aliqñ autez apparet color illius tm̄ per illud speculum cum fuerit indispositum recipere figuram ꝛ hoc propter paruitatem eius vel propter priuationē eius diaphanitatis:ꝛ res apparet in vno loco:ꝛ lumē eius in alio accidit in iride ꝛ in halo:ꝛ cum nō verificaī in ipsa refractio:ꝛ hec apparētia impossibilis est nisi per refractionem.quid eīm dicendum est de hoc:vtinam scirē. ¶Et dicamus qꝝ possibile est vt sit causa huius apud me aliqua duarum rerum vel ambe simul.prima aūt est vt causa huius refractionis sit debilitas visus ab apprehensione seu a visione illius propter paruitatē illarꝝ stellarū cum earum distantia.nam refractio iam accidit ex debilitate visus sicut accidit ex spissitudine seu grossitie medij:ꝛ ſm hoc erit paruitas illarum stellarū causa huius refractionis:ꝛ propinquitas quarundam earū ad quasdam cā in sub ingressu circulorum refractionis quorundā in quibusdam:ꝛ duplicatio eorum donec appareat hec refractio quid coloratum cum congregabit ex ipsa aliqua mensura sensibilis:ꝛ accidit ei cū hoc appercre longa ꝑter

Dubitatio Auer. cōtra oꝑ. Arist.

Ω

ingressum circuloꝝ refractionis quorũdã super quosdam. ¶Signum autẽ in hoc est ꝙ hoc accñs met accidit cuidam stelle ad alterã ⁊ est vna ex domi bus lune.ſ.ꝙ apparet quasi ita sit nebula alba propter paruitatẽ stellaruꝫ que sunt in ipsa ⁊ cõgregationẽ quarundam ad quasdã:⁊ iam ſm hoc possibile est dicere ꝙ propinquitas aeris que est illic ad ascensionem ⁊ illumi nationem sunt causa in hac refractiõe ⁊ ſm hoc verificabitur sermo. Arist. ¶Secundus aũt modus qui mihi apparet possibilis est vt sit illa pars ce li recipiens lumen ab illis stellis.postea illuminat ꝑ se seu illuminaẽ ꝓpter multiplicationem seu duplicationem luminis in ipsa propter congre gationem illarũ stellarum quarundam ad quasdã:erit igitur congregatio causa in intẽsione seu in fortitudine protectionis luminisdonec appareat per se seu ex se luminosa:⁊ erit paruitas earũ causa in hoc ꝙ illud lumẽ nõ apparet valde lustrum:sed est magis propinquũ colori ꝯ lumini. Intelli go aũt cum dico luminosa per se.ſ.ſm modum quẽ illuminat illuminosuꝫ: ⁊ est illud a quo ex quolibet puncto illius egrediunt̃ linee radiales recte su per quẽlibet punctum corporis oppositi luminoso:inter que possibile est cadere lineam rectam.ſ.vt egrediat̃ inter illum punctum luminosi ⁊ istum linea recta:nõ a puncto determinato ad punctũ determinatum sicut acci dit in refractione ⁊ reflexione:sed posuimus hoc accidẽs possibile in celo. Nam iam declaratum est ꝙ corpora diaphana vt aer.V.g.illuminatur tri bus modis.ſ.per se ⁊ per refractionem ⁊ reflexionẽ. Illuminatio aũt per re fractionem ⁊ reflexionem nõ verificat̃ in corpore celesti propter similitudi nem eius.ſ.quia partes eius sunt similes.⁊ ꝯtuis cõcesserimus esse isti⁹ nõ ○ prouenit ex istis ad terram lumen in locis determinatis vel magis propin quum:hoc est vt non perueniat ex quo refractio non fit nisi ex punctis de terminatis. ¶Illuminari aũt per se ab alio possibile est in ipso sicut est di spositio in luna.nam declaratum est in perspectiua ꝙ receptio lune lumen a sole:impossibile est vt sit per refractionem seu reflexionem.⁊ iam declara uit hoc Auenetan in tractatu proprio quinti:⁊ cum posuerimus ꝙ lumen celeste recipit lumen ⁊ illuminatus per se sicut est dispositio in aere nõ est remotum cum multiplicetur in ipso receptio luminis propter congregatio nem stellarum quarundam earũ ad quasdã vt videat̃ per se cum hoc ꝙ ip sum nõ est luminosum per se.nam aer cum cadit lumen ab ipso sup corpus coloratum:vel si apparet lumẽ cum hoc ꝙ ipsum non est luminosum ꝑ se: ⁊ forte ille partes celi sunt grossiores seu spissiores aliꝭ propter propinqui tatem stellarum que sunt illic quarundam cum quibusdaꝫ:⁊ accidit ei ex lu mine earum hoc accidens.nam verisimile est vt sit causa coloris illic apparen tis congregatio stellarum tm̃:⁊ posse est dicere vt coadiuuet huic spissitudo illius partis celi.ſ.paucitas diaphanitatis donec accidat ei id qd̃ accidit lu mini cadenti super parietẽ.⁊ per talem modum spissitudinis recipit luna lumen a sole. ¶Et non est remotum vt corpus celeste sit dñs ſm magis et minus in diaphanitate nam omne quod inuenit̃ alicui rei per se: seu ex se: possibile est differre in ipsa illa res seu dispositio ſm magis ⁊ minus:⁊ hoc declarabitur ibi ex vmbra que videt̃ inter lunam. Nam iam declaratum est in perspectiua ꝙ impossibile est vt sit apparentia ⁊ iam declararauit hoc Auenetan in tractatu proprio huic:non igitur est remotum apud me vt sit causa galasie hec quam diximus:vel causa prima vl̃ ambe simul. Nam cuꝫ illuminatio est necessaria.ſ.in corpore celesti tunc ipsum recipere colorem hic per lumen possibile est in ipso. ¶Et hic est tertius modus etiam:⁊ est vt sint in hac parte celi stelle parue valde congregate:quarum corpora nõ sen tiuntur:sed lumen earum videtur propter fortitudinem eius ⁊ propter ad-

nascor
nubes ẽ stellis fortibus ẽ obs
caligo stellis.

mixtionem.s.admixtionem luminorum quorundam cum quibusdã:z accidit ex hoc vt videatur hoc lumen quoddam visibile cum sint parue mensure seu q̃titatis z ipsum est distans videtur eius lumen z nõ eius figura est res nota per se:accidit autem huic cognitioni in substantia galasie esse cognitio diminuta:ppterea q genus illius est ignotum esse per se. Hec sunt verba Commentatoris in predicta expositione.

## ¶ De pluuia. Capitulum decimum.



Et loco autem secundo post hunc positione;primo autem circa terram dicamus. Iste enim locus communis est aque z aeris:z accidentium circa eam que sursum generationem ipsius: sumendum autem z horũ principia z causas omnium similiter. ¶ Quod quidem igitur vt mouens z principale z primum principiorum circulus est in quo manifeste solis latio disgregans z congregans in fieri prope autem longius causa generationis z corruptionis est manente autem terra quod circa ipsam humidũ a radijs z ab alia que desuper caliditate vaporans fertur sursum: caliditate autem que duxit sursum relinquente eum: z hac quidem directa ad superiorem locum:hac autem z extincta propter suspẽdi longius in aerem qui super terram constat iterum vapor infrigidatus z propter derelictionem caloris z propter locũ z fit aqua ex aere:facta autem iterum fertur ad terram. ¶ Est autem q̃ quidem ex aqua exhalatio:vapor;que autem ex aere in aquam: nubes:caligo;autem nebule decidentia eius q̃ in aquã concretionis propter quod signum magis est serenitatis q̃ aquarum. Est enim caligo velut nebula sterilis; fit autem circulus iste imitans solis circulum.simul enim ille ad plagas permutatur:z iste ad sursum et deorsum. Oportet autem intelligere hunc velut fluuium fluentem circulum sursum z deorsum communem aeris:z aque:prope quidem enim existente sole vaporis sursum fluit fluuius:elongato autẽ aque deorsum.z hoc indesinens vult fieri ſm ordinẽ: quare siquidem enigmatizabant oceanum priores forte vtiq̃ hũc fluuium circulariter fluentem circa terraz. ¶ Eleuato autem humidão semper propter calidi virtutem:z iterum lato deorsum propter infrigidationem ad terram proprie nomina passionibus imponuntur ex quibusdam differentijs ipsarum:cum quidam enim secundum modica feratur pserades:quando autem secundũ maiores partes:pluuia vocatur.

A De cã efficiente.

B Vaporum bes et caligo.

C Oceanus De differentijs aquarum.

## ¶ Capitulum vndecimum.

D De gñatiõe roris z pruine

Ex eo aũt qõ de die euaporat q̃tum si nõ suspensum fuerit propter paucitatẽ sursum ducẽtis ipsum ignis ad cã q̃ eleuat aquã iterũ deorsum latũ cũ infrigidat fuerit no

ete vocatur ros ⁊ pruina: pruina quidē qñ vapor congelat priusq̄ in aquā ꝓcernatur iterū: fit autē in hyeme ⁊ magis in hyemalibus locis. Ros autē cū concretus fuerit in aquā vapor: ⁊ neq̄ sic fuerit estus vt exsiccetur sursum dictum: neq̄ sic frigus vt congeletur vapor ipse: ꝓpterea qđ aut tēpus calidum aut locus fit. fit eñ magis ros in tēperie ⁊ in locis tēperatis: pruina autē sicut dictū est ↄtrarie. Palam enim q̄ vapor calidior aqua: hz eñ eleuantē adhuc ignē: quare amplioris frigiditatis ad ipsum coagulare. fiunt autē ambo serenitate ⁊ trāquillitate: neq̄ eñ eleuabūtur non existēte serenitate: neq̄ constare poterūt vtiq̄ vēto flāte. Signū autē q̄ fiūt hi prope nō q̄ longe: suspenditur vapor. In mōtib⁹ eñ non fit pruina. Causa autē vna quidē hec q̄ sursum

5 Due cāe. ducit ex submissis ⁊ humectis locis: quare velut onus portans maius sursum ducēs caliditas q̄ꝫ ꝑm ipsam non pōt eleuare ipm ad multū locū altitudinis: sed prope dimittit iterum. Alia autez q̄ ⁊ fluit maxime aer existēs in altis q̄ dissoluit ꝯsistentiā talem.

4 Fit aūt ros vbiq̄ australibus non borealib⁹ preterq̄ in pōto: ibi autē ↄtrarie: borealibus quidē enim fit: australibus autē non fit. Causa aūt sic̄: sicut q̄ tēperie quidē fit: hyeme autē non. Auster

3 Pontus. quidē eñ tēperiē facit: boreas autē hyemē frigidū eñ: quare ⁊ in hyeme exhalationis extinguit caliditatē. In pōto aūt auster quidē nō sic facit tēperiē vt fiat vapor: boreas autem ꝓpter frigiditatē antiparistasim faciens calidū ꝯgregat: quare plus vaporat

2 Putei. magis: sepe aūt hoc ⁊ in exterioribus locis est videre factū: vaporāt eñ putei borealibus magis q̄ australib⁹: sed borealia quidē extingunt anteq̄ constet aliqua multitudo: in australibus autē finitur congregari exhalatio ipsa autem non coagulatur hic quē admodum in circa nubes loco.

## Capitulum duodecimū.

M Nde eñ tria ventūt corpora cōstātia ꝓpter infrigidationē aque nix ⁊ grādo. hoz aūt duo ꝓportionabiliter: ⁊ ꝓpter eāsdē causas fiunt his que in fertus differentia ꝑm magis ⁊ min⁹ ⁊ multitudine ⁊ paucitate. Nix eñ ⁊ pruina idē: ⁊ pluuia ⁊ ros: sed hoc quidē multū

O hoc aūt paucū. Pluuia q̄dē eñ fit ex multo vapore infrigidato: hui⁹ aūt cā ⁊ locus multus ⁊ tp̄s exist̄s in quo colligit ⁊ ex quo paucū aūt ros: ephimeros eñ cōsistentia ⁊ locus paruus: manifestāt autē ⁊ generatio exñs velox ⁊ parua multitudo. fit autē ⁊ pruina: nix. Cū. n. ꝯgelet nubes: nix est: cū aūt vapor: pruina: pro

Q pter qđ aut tp̄is aut regionis signū est frigide: nō eñ vtiq̄ coagularet adhuc multa exñte caliditate: si non simul superuinceret frigus. In nube aūt adhuc multū ineſt calidū residuū ignis qui euaporare fecit ex terra humidū: grādo aūt ibi q̄dē fit: in propin-

quo autē terre vaporāte hoc deficit. Quēadmodū em̄ dixim⁹ vt quidē ibi nix: hic quidē fit pruina: vt autē ibi pluuia: hic ros: vt autē ibi grādo: hic non contra respondet simile: causa autē cum dixerimus de grādine erit manifesta.

¶ Cap. decimumtertium.

Oportet autē accipere ꝛ accidētia circa generationem ipsius q̄cūq; non seducentia q̄dē putata esse rōnabi lia. Est q̄dē em̄ grādo crystallus: ꝓgelat aūt hyeme: grādines quidē fiunt vere ꝛ autūno maxime: deinde aūt ꝛ fructuū tpe: hyeme aūt rarius: ꝛ q̄n minus frigus fuerit: ꝛ vlr aut fiūt grādines in tēperatioꝛib⁹ locis: niues autē in frigidioꝛib⁹. Incōueniēs autē ꝛ coagulari aquā in eo q̄ sursum loco: neq; n. ꝓgelatū esse possibile anteq; facta sit aqua: neq; aquā nullo tpe possibile manere elevatā existentē. At vero neq; quēadmodū psecades sursum quidē incidēt ꝓpter paruitatem: immoꝛātes autē in aere sicut ꝛ terra ꝛ aurū paruitatē partiū' sepe supnatāt sic in aere aqua. Cōuenientibus aūt multis paruis magne deoꝛsum ferunt psecades. Hoc autem non ꝓtingit fieri in grādine. nō enim copulant ꝓgelata quēadmodū humida. Palā igitur q; sursum tāta aq̄ maneret. nō ei vtiq; ꝓgelata fuisset tāta.

¶ His q̄dē igit vr passionis cā esse hui⁹ gnationis cū propulsa fuerit nubes in superioꝛē locū magis existentē frigidū: propterea q; desinūt ibi refractiones radioꝝ terre: ꝛ venīs ibi aqua congelatur: ꝓpter qđ ꝛ estate magis ꝛ in calidis regionib⁹ accidit fieri grandines: q̄n ad plus calidū sursum pellit a terra nubes. Accidit autē in valde altis minime fieri grādinē q̄ꝫ uis oportebat: quēadmodū ꝛ niuē videm⁹ in altis maxime factā. ¶ Adhuc aūt sepe vise sunt nubes delate cū sono multo secus ipsam terrā: vt terribile esset videntib⁹ ꝛ audientib⁹ tanq; futuro aliquo maioꝛi: altq̄n aūt ꝛ sine sono visis talibus nubibus grādo fit multa: et magnitudine incredibilis: ꝛ figuris nō rotunda: ꝓpterea q; nō multo tpe fit latio ipsius tāq; prope terrā facta coagulatione: sed non sicut illi aiunt. ¶ At ꝛo necessariū ab ea q̄ maxime cā coagulationis maximas fieri grādines. Crystallus em̄ grando ſ hoc oī manifestū: magne aūt sunt q; figuris nō rotunde. Hoc aūt signū est q; sint cōgelata prope terrā: late enim de longe ꝓpter ferri lōge fracte vel attrite fiunt: figureq; rotunde: ꝛ magnitudine minores. Qđ quidē igit nō expelli in superioꝛē locū frigidū coagulatio accidit palā. ¶ Sed q̄n videm⁹ q; fit antiparistasis calido et frigido iuicē: ꝓp qđ in estib⁹ frigida ꝛ inferioꝛa terre ꝛ calida in gelu: hoc opꝫ putare ꝛ in eo qui sursum fieri loco: quare calidioꝛi aut tempoꝛibus antiparistasim passum intus frigidū propter cā q̄ in circuitu caliditatē: aliq̄n quidē cito aquam ex nube facit:

R

S

T Opinio falsa de mō generationis grādinis.

U Mirabile visu.

X

Y Oppositio prima

propter quod ⁊ gutte multo maiores in calidis fiunt diebꝰ q̄ in hyeme: ⁊ aqua labrotefre: labrotefrę quidem enim dicuntur cum subito simul tote magis: subite autem propter celeritatem coagulationis. Hoc autem ipsum fit contrarium q̄ vt Anaxago. dicit.
3 Hic quidem enim cuz in frigidum aerem ascenderit: ait hic pati. Nos autem cum in calidum descenderit et maxime cum maxime: cum autem adhuc magis antiparistasim patiatur inter factum ab exteriori calido: aquam autem faciens coagulauit et fit grando. ¶ Accidit autem hoc cum citius fuerit coagulatio q̄ aque latio deorsum. Si enim fertur quidem: in tanto autem tempore: frigiditas autem vehemens extiens in minori coagulatum nihil prohibet eleuatum congelari: si coagulatio in minori fit tē
A pore q̄ que deorsum latio. ¶ Et quanto vtiq̄ propinquius et magis subito fiat coagulatio ⁊ aque labroterre fiunt et gutte et grandines maiores: et propterea qꝫ breui feruntur loco ⁊ et non crebre gutte que magne cadunt propter eandem causam. minus autem estate fit q̄ vere: et autumno: magis tamē q̄ hyeme: quia siccior aer estate: in vere autem adhuc humidus: in autūno tam
B humectatur. Fiunt autem quemadmodum dictum est ⁊ in maturatione fructuum grandines propter eandem causam. Confert autem adhuc ad celeritatem coagulationis et post calefactū esse aquam: citius enim infrigidatur propter quod multi cum calidam infrigidare cito voluerunt: ad solem ponunt primo: et qui
C circa pontum cum in glacie habitacula fecerint ad piscium venationes. Uenantur enim decidentes glaciem aqua calida et circunfundunt calamis: propterea qꝫ citius coagulatur: vtuntur enim glacie quasi plumbo vt quiescant calami. Calida autem fit cito conflans aqua in regionibus et temporibus calidis. fiunt autem circa Arabiam et Ethiopiam estate aque et non hyeme: et hic vehemens et eadem die sepe propter eandem causam. Cito enim infrigidantur antiparistasim que fit propter calidam esse regionem valde. ¶ De pluuia quidem igitur et rore ⁊ niue pruina et grandine propter quam causam fiunt ⁊ que natura ipsorū est: dictasit tanta.

Solutio secunda.

De cā magnitudis

Notatu dignū.

¶ Capitulum decimumquartum.

In aere sunt duo loca.

Postq̄ autem locuti fuimus de his que fiunt secundum plurimum in locis superioribus: dicamus nunc de eis que fiunt in loco inferiori. Nam videtur q̄ in aere sint duo loca: vnus eorum est locus superior ⁊ est ille in quo fiunt comete et flamme. Alius est in quo fiunt pluuia ⁊ nix et pruina et grando. ¶ Et hic locus in quo ista fiunt habet
D gradus. In superiori enim eius parte fit pluuia et nix et grando. In inferiori autem parte huius fit ros et pruina. Et ordo istorum locorum apparebit cum dabimus causas istarum productionum seu generationū. ¶ Et in

primis loquamur de pluuia:et dicamus q genus est notum: ⁊ est illud qđ generatur ex aere. Nam non est ibidem aqua in actu:nam ille locus non est naturalis aque:nec est ibi aliquid cogens ipsum remanere illic:sed inuestigatio hic de dispositione eius est inuestigatio de causis generatiõis eius. Et de causis q generatio huius procedit ſm rectitudinem ⁊ ordinem determinatum. Et hoc etiã declarabitur ex rebus quas predixímus ⁊ supposuimus. Jam enim dictũ est a nobis q sol producit duo genera exhalationum: vnum est calidũ ⁊ siccũ:⁊ aliud calidũ ⁊ humidũ. Et ipse facit hoc magis in parte ad quam ascẽdit. Exemplũ huius cũ ipse ascendit ad septẽtrionem excitat has duas exhalationes. Et similiter facit i parte meridionali cum fuerit descendens ad ipsam:⁊ cum reuoluitur a parte ad quam descendit:sequitur de necessitate vt infrigidetur ille vapor calidus ⁊ humidus:⁊ maxime illud quod fuit de ipso in loco in quo non peruenit ad ipm reflexio radiorum. Nam manifestum est ex iam declaratis q iste locus est frigidior omnibus locis aeris. Nam iam declaratum est q calefactio solis et stellarum fit per motum vel per reflexionem. Reflexio autem fit in terra et illis que sunt propinqua terre propter grossitudinem corporis eius et duritiem seu soliditatem eius:et declaratum est q hec reflexio habet finem seu terminum.⁊ in loco vbi desinit non aducit de caliditate aliquo modo. Nam causa reflexionis est minima:que cum non fuerit radius cadens super terram secundum angulum rectum vel prope rectum. hoc autem est in parte ex qua reuoluitur sol. cum hoc eẽt q iste locus est magis remotus a corporibus celestibus. ipsa igitur etiam non possunt facere peruenire caliditatem que fit per motum. ¶ Et signum huius est qđ aer qui est in ipso non videtur moueri per motum totus. et cum hoc fit ita:et fuit iste locus magis fortis vt appareat in eo frigiditas cum hoc quod sol reuoluitur ab ipso:necessarium est vt sit frigiditas in illa hora dominans in aere in illo loco multum. Nam aer qui est ibidem est humidus propter propinquitatem huius loci ad terram. Et grauitas aeris humidi accidit ei vt ingrossetur a frigiditate et fiet ex ipso nubes: et cum intenditur grossities eius transmutatur ad pluuiam et descendit. Ipse enim propter equalitatem partium eius ad recipiendum generationem transmutatur multus ex ipso simul. Et omne illud cui aduenit hoc habet mensuram aliquam secundum quam conseruatur sua forma in aere donec cõsumatur illa nubes: aut remanebit ex ea illud quod potest non transmutari in aquam:et est caligo. Et ideo est signum clarificationis seu serenitatis. Et hec est causa in hoc quod sua descensio non fit:ita quod inter guttam et guttam fit interpolatio magna: neq tota simul: sed quasi descendit consequenter. Quod autem aeri calido humido accidit tale:scilicet quod frigefit manifestum est ex eis que apparent in balneis et in quibusdam alĩs in quibus fiunt gutte. ¶ Declarata igitur est ex hoc sermone causa generationis pluuie:et sunt cause que se habent loco differentiarum in diffinitione eius. declarabitur etiam cum hoc quare sua generatio est secũdum circulum recte. nam maior pars istorum sequitur a motu solis:cuius etiam apparet q luna habet in hoc introitum paruũ cum diminuitur lumẽ eius. ⁊ ideo multiplicantur pluuie in illa hora ſm plurimum. i. in fine mensium. nam ꝓpter paucitatem luminis eius:accidit aeri etiam in illa hora frigiditas intensior:cum hoc quod illa frigiditas est conueniens vt fiant ex ipsa pluuie. ¶ Et propter hoc dicitur qđ natura lune est frigida et humida. et simile huic videtur accidere soli cum est cum aliqua stella seu cum habet certum aspectum ad certam stellam. i q tunc fit quedam habitudo ex qua causa-

£

ff

§ Quare luna ðr esse frigida et humida.

tur multitudo pluuiarum et econuerso sicut dicitur de combustione veneris et aliarū. ¶Sz cā in diuersitate pluuie ita q̄ sint ex ipsa gutte māgne ꝛ spisse ꝛ alie species pluuie est diuersitas dispositionis subiecti ꝛ fortitudo agentis ꝛ debilitas eius. nam aer cum fuit calidus ꝛ humidus recipit possibilitatem maiorem ꝛ trāsmutatur statim ad guttas magnas ex quibus fit pluuia grossa: ꝛ maxime cum fuerint contraria, s. caliditas ꝛ frigiditas simul. Sed cum nō est ꝑm hanc dispositionē ꝛ est in extremo oppositō fit ex ipso pluuia minuta. Illud autē qō est inter hec duo extrema est mediū ꝑm dispositionē subiecti. Sed cum aer calidus ꝛ humidus magis velociter recipit formam aque ꝙ frigidus: vel manifestum est: quia aque calide magis velociter recipiunt frigiditatem: ꝛ aer est ꝑm hanc dispositionē: hoc etiam declaratur per intensam frigiditatē. Et ideo nō fiunt pluuie in tēpore frigoris neq̄ in tpe in quo flat ventus septētrionalis: sicut nō fiunt in intēso calore ꝛ siccitate aeris. materia carū cessat in his duobus temporibus. ¶ Et aliq̄n sunt multi anni cōueniētes vt generetur in eis vapor calidus ꝛ hūidus ꝛ fiunt pluuie multe. ꝛ hoc vel propter dispositionem materie: vel propter illud qō accidit elemētis ex corporibus celestibus: vel ex ambobus: ꝛ ecōtrario etiam. i. q̄ sunt multi anni sicci ꝓpter remotionē harūmet cārum

**Propter qd aliq̄ anni sūt hūidi et aliq̄ sicci.**

¶ Causa aūt propter quā fiunt nubes ꝑm plurimū ex vapore calido ꝛ humido est: qr est conueniēs vapor ascendēs ex eis ad generationem pluuiarum ꝛ hoc ꝓpter humiditatē eius ꝛ caliditatem. ¶ Ros autem est pluuia subtilis descendens in nocte. ꝛ ideo descendit die sereno ꝛ quasi agens eius causa que est habens habitudinē cause agentis pluuie est motus solis sub terra ꝛ super ipsam. ꝛ ideo cum fuerit super terram ascendit vapor conueniēs huic: ꝛ cum occultatur sol sub terra infrigidatur ille vapor ꝛ transmutatur ꝛ fit ros: ꝛ locus roris oportet de necessitate vt sit sub loco pluuie: ꝛ hoc ꝓpter paucitatem caliditatis inuente in materia eius: ꝛ ideo fit generatio eius debilis. ¶ Et signum huius est hoc quod. d. Aristo. quod in cacumine montium altorum non descendit ros: neq̄ in omnibus quatuor partibus reuolutionis anni: sed in temporibus conuenientibus ascensioni huius vaporis: ꝛ maxime cum flant venti accidentes in qualibet terra: ꝛ sunt in maiori parte terrarum venti australes seu meridionales: ꝛ aliquando est in quibusdam ciuitatibus ventus flans ex parte propinqua adducens vaporem propinquum ei quicūq̄ ventus fuerit. Sed cum flat ventus septentrionalis vel venti spargentes ꝛ destruētes nubes desinit descensio eius. nix autem ꝛ pluuie ambe sunt vnum. ꝛ similiter causa efficiens ambarum est vna ꝛ locus. ¶ Diuersificantur autem secundum plus ꝛ minus: locus enim niuis ꝛ pluuie est vnus: et similiter materia earum. Sed diuersificantur propter diuersitatem agentis scilicet frigiditas in intensione ꝛ remissione. nam cum non fuit frigus valde intensum fit pluuia: cum autem frigus est valde intēsum congelat vaporem illum dispositum ad recipiendū formam aque anteq̄ sit completa in omnibus partibus eius natura aque ꝛ graue fit per congelationem: ꝛ descendit: ꝛ ideo inuenitur in temporibus frigidis ꝛ in locis frigidis. ¶ Pruina autem materia eius ꝛ materia roris est vna: ꝛ locus amborum est vnus et agens etiam. ¶ Sed diuersificantur per fortitudinem agentis ꝛ debilitatem eius. et cum fuerit frigus remissum fit ros. cū aūt fuerit intensum congelatur ille vapor anteq̄ transmutetur: ꝛ fit ex ipso pruina. ¶ Grādines aūt videntur de dispositione earū q̄ sint aq̄ cōgelate in nube. ¶ Sed q̄ritur de dispōne eius cur fit ꝑm plurimū in autūno et in vere. et vr ꝑm oppositā dispōnem niuis. ¶ Et dicamus q̄ cā grandinis sit intēsio frigiditatis cōgelantis ipsum anteq̄ descēdat inferius ma-

**De rore.**

**Cur grādo**

nifestum est

ſm quã quidẽ que.d.ad.b.que.ʒ.b.ad.d.quare que quidem que p.h.ad.p.r.que.p.r.ad eam que.p.k.Si igitur ab his que.k.h.q̃ h.r.ꝛ.k.r.ad.r.coniungantur copulate he eandem habebunt rationem:quã quidẽ que.h.p.ad eam que.d.r.circa eundem.n.angulum.ſ.p.proportionabiliter:ꝛ que trianguli.h.p.r.etus qui.k.r.p.quare ꝛ que.p.n.ad eam que.k.n.habebit eandem rationem:ꝛ que.h.p.ad eam que.p.r.hʒ autẽ ꝛ que.m.h.ad.k.m.hãc rationem:quã.n.q̃.d.ad eã q̃.b.ambe.quare ab.h.k.ſignis nõ ſolũ ad eam que.m.n.peripheriã cõcurrent eandẽ habẽtes rationẽ:ſed ꝛ alibi qꝫ q̃dẽ impoſſibile.Qm̃ igit̃ q̃.d.neqʒ ad minus eo qꝫ.m.p.neqʒ ad maius:ſikr.n.demõſtrabit̃ palã qꝫ ad ipſuʒ erit.ſ.m.q̃.m.p.quare erit qꝫ q̃dẽ q̃.m.p.ad.p.k.q̃.p.h.ad.p.m. Sit igit̃ eo in quo.p.polo vtẽs:diſtãtia aũt ea ĩ qua.m.p.circul⁹ ſcribat̃ oẽs cõtingit angulos quos refracte faciũt q̃ ab.m.a.circulo. Si aũt nõ ſikr oſtẽdetur eã dẽ hñtes rõnẽ q̃ alibi ꝛ alibi ſemicirculi cõcurrẽtes:qꝫ q̃dẽ erat impoſe.Si igit̃ circũducas ſemicirculũ ĩ quo.a.circa diametrũ in quo.h.k.p.q̃ ab.h.k.refracte ad illud ĩ quo.m.in oĩbus planis ſimiliter habebũt ꝛ equalẽ faciũt angulũ qui.k.m.h.ꝛ quẽ faciẽt angulũ que.h.p.ꝛ.m.p.ſuper eam que.h.p.ſemper equalis erit.Triãguli igitur ſuper eam que.h.p.ꝛ.k.p.equales ei qui.h.m.p.ꝛ.k.m.p.conſiſtunt : horum autem catheti ad idem ſignum cadent etus que.h.p.et equales erunt cadent

ad.o.centruʒ

ad.o.centrum ergo circuli.o.semicirculus autem qui circa.m.n. abiectus est autem ab orizonte:superiorem quidem.n.solem non obtinere apud terram autem firmatorum obtinere ⁊ diffundere aerem:et propter hoc iridem non contiacere circulum: fit autem et nocte luna raro:neq; enim plena semper debiliorq; natura vt obtineat aerem. ℞axime autem stare iridem vbi maxime obtinet sol:plurimus enim in ipsa humor immansit. Item sit orizon quidem in quo.a.g.ascendit autem super.h.axis autem si nunc in quo.h.hunc per aliam quidem igitur oia sifr ostēdet vt ⁊ pⁱ⁹ polus aūt circuli in quo.p.erit sub orizōte eo in quo.a.g.eleuato signo in quo.h.in eadē aūt ⁊ polus ⁊ cētrū circuli.o.qđ terminātis nūc ortum:est.n.iste in quo.h.p. Quonīā aūt supra diametrū q̄.a.g.q;.k.h.centrum erit.vtiq; sub orizōte prius eo in quo a.g.in ea que.h.p.linea in quo.o.quare minor erit superior decisio semicirculi in quo.s.y.q;.n.f.y.que semicirculus erat : nunc autem abscissus est ab.g.a.orizonte:quod itaq;.y.q. disparens erit ipsius eleuata sole. ℞anifestum autem cum in meridie:quā tum enim superius.h.magis inferius polus ⁊ centrum circuli erit. Quod autem in minoribus quidem diebus his qui post eq̄ noctium autumnale contingit semper fieri iridem:in longioribⁱ autem diebus his qui ab equinoctio altero ad equinoctium alterum circa meridiem non fit iris. Causa autem quia ad arctuz decisiones omnes maiores semicirculo:et semper ad maiores semicirculo:quod autem ⁊manifestū ⁊ paruū: que autē ad meridiē decisionis eq̄noctionalis:q̄ q̄dem sursum decisio parua:que aut sub terra magna:⁊ semp in maiores que longiⁱ:quare ī his q̄ ad estiuas versiōes dieb⁹ pp magnitudinē decisiōis anteqū ad mediū veniat decisionis ad meridianū.h.subrⁱ iam penitⁱ fit.p. pp longe distare a terra meridiē pp magnitudinē decisiōis. Jn his aūt qui ad hyemales versiones dieb⁹:q; non multum super terram sunt decisiones circulorum contrarium necessariū fieri: modicum enim eleuato in quo.h.in meridie fit sol.

## ¶Capitulum Sextum.

Alsdē aūt dictis cās existimādū ⁊ de parelijs ⁊ virgis. fit.n.pelⁱ quidē refractio visu ad solē:virge aūt ppea q̄ incidit talis existēs visus qualē dixⁱ⁹ semp fieri cū ppe solem existentib⁹ nubibus ab aliquo refrangatur humidorū ad nubē. Videt.n.ipse quidē incolorate nubes ꝑz rectū aspectū intuētib⁹:in aqua aūt virgis plena nubes. Aerumtamen tunc quidem in aqua vī color nubis cē:in virgis autem super ipsam nubem. Fit autem hoc cum regularis fuerit cōsistentia nubis:et hac quidē spissior:hac autem rarior:⁊ hac quidem magis aquosa:hac autem minus. Refracto enim visu ad solem

figura quidē non vr: color aūt qr aūt ibi irregulari apparet fulgi
dus ⁊ albus sol ad quē refract⁹ est visus: hoc quidē puniceū vr:
hoc aūt viride: aut xāthon. Differt. n. nihil talia videre: aut a ta
libus refractum: vtroqz enim mō apparet colore simile: quare si ⁊
illo modo puniceū ⁊ isto. Virge quidem igit fiunt ppter irregula
ritatē speculi non figura: sed colore. Pareltus aūt cum maxime
regularis fuerit aer ⁊ spissus sit: pp qd apparet albus: regulari
tas enim speculi facit vnum emphaseos colorē: refractio aūt sit
totius visus ppter simul incidere ad caliginē a spissa existente ca.
ligine: ⁊ nondū quidē existēte aqua: prope aūt aquam ppter exi
stens apud solem colorem facit apparere. sicut ab aere posito fra
ctum propter spissitudinē: quare qm̄ color solis albus ppter hoc
⁊ parelius albus apparet. Idem autem magis aque signum pa
relius qz virge: magis enim accidit aerem bene operose habere
ad generationem aque. australis autē boreali magis: qr austra-
lis aer magis in aquā permutat qz qui ad arctū. Fiunt aūt sicut
diximus circa occasus et circa ortus ⁊ neqz desup neqz de sub-
tus: sed ex lateribus et virge ⁊ parelij et neqz prope solem valde
neqz longe penitus. Prope enim existente sol dissoluit consisten
tiam: longe autem existente visus non refrangetur: a paruo enim
speculo: longe protensus debilis fit. Propter quod ⁊ halo nō fiūt
ex opposito solis. Sursum quidem igitur si fiat ⁊ prope dissoluit
sol: si autem longe minor visus existens qz vt faciat refractionem
non incidet. In latere autem est tantum distare speculum vt neqz
dissoluat sol visusqz multus simul veniat: quia ad terram latus
non dispergetur: sicut per immensum latus. Sub sole autem nō
fit propterea: quia prope terram dissoluitur vtiqz a sole: sursum
autem in medio celi, visus dispergitur et totaliter neqz ex latere
medij celi fit. Visus enim non ad terram fertur vt paucus per-
tingat ad speculum: et refractus si omnino debilis. Quecunqz
igitur opera accidere exhibere segregationem in locis his que
super terram fere tot sunt et talia. Quecunqz autem in ipsa terra
inclusa terre partibus operatur dicendum: facit enim duas diffe
rentias corporum: propterea quod duplex natura nata est: ⁊ hoc
quemadmodum et in alto. Due quidem enim exhalatiōes: hec
quidem vaporosa: hec autem fumosa: vt diximus est. Due autez
et species earum que in terra fiunt: hec quidem enim fusibilia:
hec autem metallica. Sicca quidem exhalatio est que ignita fa-
cit fusibilia omnia puta lapidum genera illiquabilia: et vernicez:
et oricellam: et minіuz: et sulfur: et alia talia. Plurima autem ta-
lium fusibilium sunt: hec quidem puluis colorat̄ur. hoc autē la-
pis ex tali consistentia factus velut cynabarij. Exhalationis au
tem vaporose quecunqz metallantur: sunt autem fusibilia: aut
ductibilia: puta aurum ferrum: es: facit autem hec omnia exha

latio vaporosa inclusa:ꝛ maxime in lapidibus propter siccitatē in vnum coartatam et coagulatam velut ros:aut pruina cum se gregata fuerit hoc autem et ante segregatim generantur hec/p pter quod quidem vt aqua hec sunt autem vt non potentia.qui dem enim materia aque erat.est autem non adhuc neqꝫ ex aqua facta propter quandam passionem sicut humores:neqꝫ enim sic fit hoc quidem es:hoc autem aurum:sed ante fieri coagulata exhalatione singula:horum sunt propter quod et igniuntur oīa: et terram habent:siccam enim eam habent exhalatiōem. Aurū aūt solū nō ignit̄.Cōiter q̄dē igit̄ dictū est de his oīb⁹:sigillatim autem considerandū intendentib⁹ circa vnūquodq; genus.

¶De Iride.

Manc aūt loquendū est de Iride.Iste aūt arcus appet semp in opposito solis cū fuerit sol ꝓpinquus orizonti ortus vel occasus:et fuit ibidē nubes diaphana grossa:ꝛ maxime in diebus lōgis:in dieb⁹ aūt breuib⁹ v̄ in tota die.Et figura eius semp appet rotunda sz'nō cōpleta sphera:sed vel medietas sphere vel minor medietate.Et vident̄ semper in hoc arcu tres colores.color rubeus declinās pauꝫ ad psanonaceū ꝛ est maior.Ali⁹ aūt silis porrali coloꝛi ꝛ est medi⁹.Terti⁹ aūt subrube⁹ quasi cōmixtus ꝛ est minor.Et alii q̄n appet in quibusdā horis inter maiorē ꝛ mediū color croce⁹ occult⁹ : et nunq; vidimus in vna hora de hoc arcu plus duobus.Intrinsecus aūt :ꝛ est ꝓpinquior ordo colorū in eo est sicut dixit.Et iste est q̄ v̄ fm plm solus seu distinctus.Extrinsecus autem ordo colorū in eo est opposito mō.i.q; maior in ipso est color quasi mixtus subrubeus ꝛ minor est rubeus.Et iste arcus secundus est debilis apparentie semper.Hec sunt dispositiones que apparent de hac iride.Et debemus nos procedere ad assignationem causarum in quolz istorum fm q; est pole nobis.Et dicamus q; autem iste arcus nūq; appareat nisi in opposito solis cū fuerit ibidē nubes grossa diaphana manifestum est in scientijs mathematicis.Nam agēs illā reflexionem est radius solis ab illa nube ad visum:hoc autem perficitur in pte determinata inter solem ꝛ aspicientem et nubem:ꝛ vt sit cum hoc nubes fm aliquam figuram ꝛ aliquam dispōnem.Figura aūt fm quam esse dz ī hac apparentia vt declaratum est ibidem vt sit ꝙuexum sphere.Nā declaratuz est in mathematicis q; impossibile est vt reflectatur radius circūdans rotam ad vnum locummet:nisi sit hec rota seu circulatio in conuexo corporis rotundi.Nam radius reflectitur super angulos rectos ex omnibus partibus.¶Et cum fuerit possibile vt reflecta tur a puncto ad punctū aspiciētes plus vno radio:sicut est dispositio corporis cōuexi:accidūt ex hac apparentia in vna re multe similitudines.In superficie aūt simplici seu plana impossibile est hoc.Et iam declarauerunt hoc mathematici:talis igitur figura etiam est illa que accidit nubi.¶Dispositio aūt fm quam oportet vt sit:ꝛ tunc sit possibilis in ea apparentia est vt sit equaliū partium tersum grossum:ꝛ non apparet in ea aliquid nisi habeat has duas dispositiones simul:et hec tersitudo seu illustrabilitas possibilis est in nube cum fuerit propinqua dispositioni vt fiat ex ea aqua. Et ideo apparet iste arcus cum incipit subpluere seu parum plucre. ¶Auicenna autem putauit q; hoc speculum est pars nubis:sed est aer aquosus qui fit in figura fm quā possibile est euenire ex illo talis apparentia:ꝛ q; introitus seu habitudo

nobis in hac apparentia non est per moduz subiecti sed habitudo sua de hac apparentia est habitudo corporis tincti positi sub diaphano. Et tunc fit speculum. Et testificatur super hoc qđ ipse vidit hoc signum in locismō tosis sine nubibus: et hoc est propterea: quia mōs steterit in posteriori hu ius apparentie loco nubis: ꝛ si est sicut dicit nō est ipoſſe vt sit hꝫ appentia ꝑm has duas dispōnes: ita vt sit speculum aliqñ pars nubis sicut est di: spositio in speculis ferreis: ꝛ vt sit aliqñ non in parte nubis sicut est dispō in speculis vitreis. Et significat possibilitatem huius apparentie in aere diaphano sive fuerit ps̄ nubis sive non. Sed fuit nubes in posteriori illi⁹. Nam cum tu stas in oppositum solis in principio vmbre: et postea tu fa: cis parum guttatim cadere aquam apparet in ea sil'e huius signi. Et sil'r apparet in aquis que guttatim cadūt a remis in nocte in mari. Et aer hu midus in hoc toto habet habitudinem aq̄: ꝛ maxime cū appropinquat⁹ sit nature aque. ¶ Et iam narrauit Auicē. qꝫ ipse vidit hoc signū seu apparē tiam in balneo in quo intrabat sol ꝑm dispositionem ꝑm quā poſſe est hoc fieri: et hoc sine dubio fuit propter humiditatē huius balnei ꝛ ꝓpinqtatē eius ad naturam aque. Et iam ego ꝛ multi ex socijs meis vidim⁹ istū arcū in tempore caloris magni. Sed ipse apparebat turbidoꝝ coloꝝ quasi oc: cultus. Et hoc accidit mihi in terra calida: ita qꝫ propter motū huius calo ris excitata fuit societas in qua ego fui. Et iam vidi ipsum aliqñ in' supfi cie occultum a visu. Et etiam vidi ipsum in supficie equali: et fuit inter me et ipsum quasi mensura duoꝝ brachioꝝ: ꝛ fit illud quod apparebat ex ipso in terra coniunctum cum eo qđ apparebat ex nube. Sed ipse fuit pa rum debilior. Et iam vidi ipsum in linea meridiolani in nube. Et illud qđ illuminabat ei fuit orientale respcū illius: et sol in orizonte orientali ipius vel sub ipso. Iste est sermo de dispositione prima ꝑm quā opz vt sit aer: et tunc sit poſis in ipso ista apparentia. situs autem ꝑm quē dz esse nubes et sol ꝛ aspiciens ponatur hic positione per modū exordij. ¶ Et dicamus qđ iam declaratum est in perspectiua qꝫ situs in quo est poſis hec apparētia est vt sit centrum nubis ꝛ visionis nostre sup lineā radialē exeuntē a corpo re lucido ad nubem: ꝛ vt sit cum hoc vis nostra in intermedio centri nu: bis et nubis: ꝛ vt sit cum hoc vis nostra propinquior nubi cꝫ sit cētro ei⁹. Nam ꝑm hūc sitū est poſſe vt sint anguli reflexionis cōles: exēpli gra: po namus nos lineā. a. b. lineā radialē: ꝛ ponamus punctū. a. lucidū ꝛ punctū b. punctū ad quē cōpleť linea: ꝛ ponamus cētrū punctū. c. ꝛ locū vtſus nri pūctū. e. inter. c. b. et exeat. a. b. arcus circulr i rotūditate nubis: ꝛ sit ille ar cus. b. b. et sit linea exiēs a lucido refracta ab arcu. b. a puncto a quo poſſe est vt sit linea reflexa ab ipso pueniēs ad. e. qui est pūct⁹ visus nri ad locū in quo sit possibilis refractio. et est locus in quo sunt anguli reflexi equa: les: ꝛ ponamus punctū illū cē. l. et hec linea exiēs a lucido lineā. a. l. ꝛ refle ctatur radius ab. l. ad. e. qui est punctus visus nostri cum fuerit situs in hꝫ puncto ex linea. a. b. et in loco in quo sit possibile ei angulus. b. non erit equalis angulo. hꝫ l. e. ¶ Et manifestum est quod non cuilibet pūcto linee a. b. accidit hoc: sed declaratum est in pspectiua qꝫ iste punctus est de neces sitate inter centrum nubis. i. inter. g. et cum hoc ēt est ꝓpinquior nubi. Et cum fecerimus stare lineam. a. l. in linea: a. b. ꝛ circumvolverimus. a. b. sicut diameter linee. a. l. fiet de necessitate magna pars rotundi sive medietas si ue minus. Et si redire faciemus illam ad locum suum: causatur rotundi: tas seu circulus: sed arcus semper apparet quasi medius circulus vel mi: nor medio circulo. ¶ Et nos debemus hoc considerare in causa hui⁹. Nā perspectiui putant quod non est impossibile secundum qꝫ dat arseoꝝ vt ap

pareat iste circulus completus magis q̄ medius circulus:et dicamus q̄ cum fuerit sol super orizontes:apparet ex ipso semper medietas circuli cū fuerit nubes coniuncta orizonti:et hoc q̄ centrum rotūditatis seu circuli reflectionis est de necessitate in superficie orizontis.Nam circuitus cōis in superficie eius et in superficie orizontis vadit in centro eius:et est diameter eius diuidens hoc in duabus partibus vna medietas illius sup orizontem et reliqua sub ipsum:ꝛ hec omnibus sitibus accidentibus ad centrum circuli reflectionis a puncto centri partis nubis ꝛ puncto signi.¶Et possibile est vt accidat centrum huius circuli in intermedio duorum punctoꝝ centri nubis ꝛ cētri visus:aut in intermedio puncti visus ꝛ ptis diametri euntis in centrum nubis:ꝛ puncto visus donec cessat ad nubem. Et possibile est vt sit centrum huius circuli punctus visusmet:sicut videbitur postea.¶Assignatio aūt cāe huius pfecte ſm considerationem mathematicam est conueniens ei quod vī ex hoc.Cum aūt sol fuit altus in orizōte: aut sub ipso apparet ſm principia mathematica q̄ pot̄e est vt videat circulus reflectionis aliquando pfectus:aliquando medi⁹:aliqñ minor medio:aliqñ maior medio.Nam cum nos iterū posuerimus figurā primam: et posuerimus lineam euntem in lucido centrum nubis et visus:et centrū circuli reflectionis lineam.a.c.e.b.et est lucidum punctus.a.et imaginati fuerimus hunc altum super orizontem:ꝛ punctum.c.centrum nubis:ꝛ pūctum.e.visus:ꝛ punctum.b.partē huius diametri que peruenit ad sphericitatem nubis:ꝛ postea extraxerimus a puncto.b.arcum:secunda conuexio sphericitatis nubis procedentem in superficie in centro sphericitatis et est arcus.e.l.b.ꝛ punctus.l.est punctus reflectionis et radius reflex⁹ est l.e.et linea.e.b.est communicans ſ perficiei triangulari.a.l.e.et superficiei orizontis cum imaginati fuerimus eas iam intersecare:et prolongatur hec linea donec perueniat circulus.b.b.super punctum.c.g.et exeat.c.c.l.et est columna cadens super sphericitatem nubis diuidens angulos radij in duas partes:sicut declaratum est in alio loco:et manifestum est quod linea.e.g.cum fuerit lucidum secundum hunc situm quod ipsa erit super terram:ꝛ linea.b.e.erit sub orizonte: quia superficies circuli reflectionis stat super lineam.a.b.que est diameter eius.est possibile in centro huius circuli seu sphericitatis vt sit punctusvisus in alio situ.ꝛ hoc cum linea radiꝰ reflexi cadit super.a.b.secundum angulos rectos id est super lineam.l.e.et ſi fuerit angulus .a.e.l.h.d.a. erit centrum sphericitatis sup lineaz.e.c.ꝛ h̄ est manifestum in geometria.Cum autem fuerit linea.a.b.et circundederit triangulum.a.l.apparet de circulo reflectionis magis q̄ medietas sphericitatis:et secundum hoc non est remotum ſi lucidum sit multum altum super orizonte vt appareat prope sphericitatem completam vel phericitas completa.Sed si fuerit angulus.a.h.l.dilatatus:tunc centrum sphericitatis cadit de necessitate super lineam.e.b.sub orizonte:et apparet minor medietas:et hoc est ad quod dicunt fundamenta mathematicas.¶Aristote.autē narrauit q̄ illud quod apparet sensui ex hoc est oppositus huius.Nos aūt debemus considerare de hoc:et dicamus q̄ potest est imaginari hanc opinionem quam dicit.Cum fuerint cētra sphericitatum reflectionis cadentia semper inter punctū visus ꝛ extremitatē diametri adiuncti sphericitati nubis:et est in hac figura linea.e.b.et cum eleuatur lucidum sup orizontē erit linea.e.b.sub orizonte:et apparet arcus minor medio circulo:et hoc faciliter potest imaginari.Sed causa quare non accidit in nube reflectio nisi secundum hūc sitū tm̄ vī vt sit q̄ nubes est sibis vel prope sibis.i.q̄ cētra earum sunt vnum apud sensum:et hoc propter sibitudinez quā h̄nt in

naturis earum.ꝛ sīr punctus visus est vnus apud sensum:ꝛ cum fuerit di stantia intermedia inter punctum visus ꝛ punctum nubis vna:non pro uenit ex ordinatione nubis ex reflectione nisi vnus situs ex illis sitibus:et hoc est manifestum in perspectiua.¶Cur autem determinata fuit hec ap parentia secundum hunc situm ex tribus est:propterea qꝛ declaratum est in pspectiua qꝛ iste est situs in quo est habitudo linee que est inter lucidū ꝛ centrum nūbis que est super lineam ꝛ que est inter centrum ꝛ visum ha bitudo maiꝛ ꝙ̄ sit in alijs duobus sitibus:ꝛ hoc est propter distantiā lu cidi ꝛ paucitatem distantie intermedie inter punctum visus ꝛ centrum nu bis.Jam igitur declaratum est ex hoc veritas illius quod habetur p sen sum:et hoc non est oppositum ei quod declaratum est in perspectiua.Illic enim fuit sermo de illis sitibus secundum qꝙ subiectum huius signi est coꝛ pus diaphanum factum secundum hanc figuram rotalem quodcunqꝙ coꝛ pus diaphanum fuerit.hic autem est sermo de ipso secundum qꝙ ipsum est pars nubis de cuius consuetudine seu natura sit vt sint ille figure circula res in eo similes:et si communicant in subiecto:tamen consideratio coꝛuꝫ de hoc secundum duos modos diuersos.¶Et ex hoc declarabitur ꝓpin que causa in hoc quod iris non apparet in meridie in diebus longis:sed apparet in hac hoꝛa in diebus breuibꝫ. Nam in diebꝫ longis est actus me ridiei alius: et cum appropinquatur sol erit sphericitas ex qua possibilis est reflectio sub terra.In diebus autem breuibus propter propinquitatez arcus seu circuli meridiei non accidit hoc in ipso:et est poꝛe apparere hec iris tunc in qualꝫ hoꝛa diei.¶Declaratum est igitur ex hoc sermone in quo situ est figura huius signi:ꝛ dedimus causam in hoc qđ accidit ei ex magnitudine ꝛ paruitate ꝝ qꝙ possibile fuit cognitioni nostre. Remanſit autem super nos de dispositione eius loqui de coloribꝫ apparētibꝫ in ea. Sed qđ debemus prius dicere de hoc est qꝙ specula parua non ducūt simi tudinem seu figuram rei:ꝛ ducunt coloꝛē eius.Et ideo non appet figura solis in illa nube in qua est coloꝛ:et etiam si apparet in hoc similitudo ei apparet coniuncta in circuitu arcus.Nam reflectio in coꝛpoꝛe cōuero ab vno speculo seu apparentia ad vnum aspiciens est magis ꝙ̄ per vnuꝫ pū ctum.Et ideo apparet vnum coꝛpus in similibus speculis multe apparē tie seu similitudines coniuncte:et hoc totum declaratum est in perspecti ua.Jbidem etiam apparet quod specula claroꝛum coloꝛum ducūt coloꝛē rei:sicut est:non clara autem ducunt coloꝛem rei:ꝛ iam admiscetur ꝙ colo res eoꝛum species admixtionis:ꝛ apparet ei coloꝛ medius:sicut est dispo sitio in coloꝛe vere commixto:hoc autem non solum accidit cum fuerit spe culum non tersum ꝛ politum:sed etiam cum fuerit ꝝ multam distantiam et aspiciens ad ipsum est debilis visus.nam debilitas apprehēsionis facit apparere in re visa turbidinez ꝛ obscuritatem:ꝙ̄uis non sit ita:et hoc tot ñ manifestum est per sensum:et cum hoc sit ita positum:dico qꝙ radius so lis cum reflectitur ab illa nube ꝛ causat illam apparentiam:vel speculum: manifestum est qꝙ illi coloꝛes fiunt ex admixtione radij solis cū coloꝛ illi speculi siue est in speculo coloꝛ:aut apparet in eo ꝓpter distātiā eius a vi su:aut per has duas res simul:et cum declaratum est hoc:manifestum est qꝙ radius qui illuminat in speculis turbidis et admixtus est coloꝛ eius cum coloꝛe:et non potest visus distinguere inter illa quod hoc causat in sensu species coloꝛum ꝝ mensuram illius admixtionis ex eis est pauona ceus et ex eis croceus:ꝛ viridis seu poꝛalis et alij ab his.Subrubeus au tem ꝛ pauonaceus ambo sunt vna species:sed diuersificant in magis ꝛ mi nus.Nam pauonaceus nigredo in eo est maiꝛ ꝙ̄ sit in subrubeo. Croce

autẽ producitur ex admixtione albedinis ⁊ pauce nigredinis.porralis autem seu viridis ex admixtione crocei ⁊ nigri: ⁊ hoc totum manifestum est sensu. ¶Et cuz declaratum est hoc videtur q̃ colores ordinati in iride sunt huius generis:ſz debemus cũ hoc cõplere causam horũ colorũ in iride: et apparet q̃ color subrubeus iridis interioris est propinquior lucido q̃ viridis:⁊ viridis q̃ pauonaceus:cum fuerit lucidum exiens a sphericitate nubis:⁊ hoc videtur ex eis que declarata sunt in lib.ix. Euclidis.⁊ si sint isti colores diuersificati per additionem nigredinis ⁊ multitudinem ⁊ paucitatem luminis tantum iam causa apparet de hoc:⁊ erit maior apparẽs pauonaceus:quia ipse est propinquior lucido:⁊ propter illud etiam qđ cadit a radio super arcũ maiorẽ est maius. Medius aũt est viridis:propterea qz ipse est magis distans q̃ maior:⁊ radius cadẽs super ipsum etiã est maior: sed arcus minor propterea quia est remotior ab istis ⁊ magis niger appa ret pauonaceus. ¶Et etiã ꝓpterea qz radij cadẽtes super ipm sunt pauciores:⁊ hoc est quod apparet ex dictis expositorũ :quorũ libri peruenerunt ad nos. ¶Et iã Auic.carpit eos super hoc ⁊ dixit. Sed fratres nostri peripatheticorum nihil dixerunt de dispositione ordinis colorũ. Nã ipse putauit q̃ viridis diuersificatur a subrubeo ⁊ pauonaceo. ¶Et iste homo nihil dicit de hac re:sed tm̃ dubitat super eos. Et sine dubio hec reprehensio magis vere redit ad Arist. Nã ipse fuit princeps peripatheticorũ. ¶Nos autẽ cõsideremus de hoc ſm cõsuetudinem nostrã:⁊ dicamus q̃ Aristo. declarauit q̃ iste color viridis est medius inter subrubeum ⁊ pauonaceũ. ¶Mediũ autẽ dicitur secũdũ duas species:vnũ eorũ ſm veritatem ⁊ prius :⁊ est mediũ inter duo cõtraria cuius esse cõsistit in cõplone duarum extremitatũ:⁊ ipsum ſm q̃ditatẽ est diuersum a duabus extremitatibus. ¶Secundũ aũt dicitur similitudinarie ⁊ ſm posterius:⁊ est medium inter duo contraria ſm quãtitatẽ tm̃. Sz diuersificatur a duobus extremis ſm magis ⁊ minus:⁊ magis cõueniẽs est vt verbũ Ari. hic intelligatur de primo cũ hoc q̃ color viridis est ex hac specie prima de q̃ dicitur mediũ prius. ¶Et cũ hoc sit ita color viridis qui apparet in iride est de necessitate productus inter croceitatem subrubei ⁊ nigredinẽ pauonacei. ¶Et signũ in hoc q̃ croceus inuenitur sub rubeo est qz iã apparet aliqñ iste color in iride mediusinter subrubeũ ⁊ viridẽ. Jã igitur videtur ex hoc sermone q̃ hec intẽtio q̃ habet ex manifesto verborũ Ari. est illudmet qđ apparet in esse:⁊ ideo dicit Arist. q̃ est cõpositus ex duobus. Et q̃ pictores nõ pñt facere sibe huic ꝓp diminutionẽ artis a natura:⁊ si hoc voluerũt expositores quorũ verba pernerũt ad nos:sed diminuta fuit intellectio huius vel ꝓp trãslationẽ vel ꝓp aliã cãm. verũ est:⁊ si voluerũt illã aliã intẽtionem iam declinauerunt ab intentione Arist. exprẽsse. ⁊ qũocũq̃ sit Auic. debebat extrahere Arist. a numero peripatheticorum:⁊ nõ dicere sermonẽ sic absolute. ¶Cur autẽ colores in iride exteriori sunt oppositio mõ ordini colorũ iridis interioris'.s.illi qui sunt in extremitatibus eorũ :est ꝓpterea qz circulatio minor huius iridis est ꝓpinquior:nobis q̃ maior:⁊ apparẽtia colorum in hac iride est per cãm ꝓpinquitatis ⁊ remotionis a visu nõ per cãm propinquitatis ſolis ⁊ distãtie eius sicut est in iride prima. Nã pũcto reflexionis accidunt due res oppposite:et est q̃ propinquior ex eis ad solẽ est remotior a visu et econtra.s.q̃ propinquior ex eis ad visum est remotior a lucido. Jris autez interior ꝓpter ꝓpinq̃tatẽ eius a reflexione est diuersitas:in propinquitate visus minus,maior q̃ diuersitas indistantie lucidi:sed in exteriori propter magnitudinem eius res est oppositio modo. Cur autem non apparẽt ex eis plures duabus hoc est ꝓp vnã duarũ rerũ. Nam iam declaratũ est in

Auicẽna ꝓtra pipathẽticos.

Defensio Aristo. p auer.

Mediũ ẽ ſm duas species vide idẽ .6. phy.32.

perſpectiua q̄ impoſſibile eſt vt ſint in vna ſupficie niſi due de his iridib⁹ vel q̄ nubes nō eſt diſpoſitio ei⁹ ꝓfunditatisvt fiat in ipſa tertia iris:vl̄ q̄ ſi fiat nō apparet.Nā nō in quacūq̄ reflexione cauſat̄ apparentia neq̄ in quacunq̄ propinquitate ⁊ diſtātia:ſed in angulis determinatis ⁊ in diſtā-tia determinata:⁊ hoc ꝓ reflexionē ad virtutē lucidi ⁊ debilitatē ei⁹ ⁊ groſ-ſitudinē nubis ex qua reflectit̄ radius ⁊ ſubtilitatē eius ⁊ diſtantiā aſpiciē tis ab hoc ⁊ ꝓpinquitatē ei⁹.Dictū igit̄ eſt a nobis de halo ⁊ de iride:⁊ cau
De solib⁹ ſas diſpoſitionū apparentiū in eisdedimus ſm intellectū noſtrū.¶Soles aūt qui apparēt in noſtris laterib⁹ ſolis ſm figurā ſolis ⁊ diſpoſitionē ei⁹ fiunt etiā a reflexione radij ſolis ex ſpeculis q̄ ſunt ſm diſpoſitionē ⁊ ſitum ſm quē eſt poſſibile vt fiat hec apparētia:⁊ hoc cognoſcet ꝓpinque ab illo qui vidit nos ⁊ ſcit illa q̄ hic ſcripſimus.¶Baculi etiā q̄ apparēt ꝓpe ſolez cauſa in colorib⁹ q̄ apparēt in eis eſt ipſamet cauſa in colorib⁹ iridis:hec aūt duo ſigna ego nunq̄ vidi:⁊ nō memoro ea niſi ſm q̄ iudicāt de his ver ba phi:ſcilicet ſoles ⁊ baculos.¶Item in eadē media diſpōne.¶Sermo de ſpera ſeu rotunditate que eſt circa lunā q̄ vocatur halo ⁊ de iride ⁊ de colō-nis dicit:⁊ poſtq̄ diximꝰ has res debemus dicere cauſam circuitus que ap paret circa ſolē ⁊ lunam:⁊ dicere etiā de iride diuerſorū colo⁹ ſeu viarum qūo ſit:⁊ quid ſit cauſa huius:⁊ in hoc etiam dicemus cauſam illius quod apparet quaſi cauna extenſa ⁊ columna.Et primo dicemus de halo.¶Et dicamus q̄ hic circuitus apparet circa ſolē ⁊ lunā circūdās ipſa etiā quaſ dā ſtellas ſcintillātesſeu radiātes:⁊ hoc apparet in nocte:⁊ in die ⁊ meridie ⁊ in veſpere:ſz in mane ⁊ prope occidēs videt̄ ſenſui.Inquit:⁊ cā horū cir cuituum in quolibet in quo apparent eſt vna cauſa ⁊ eſt refractio luminis a nube ad viſum noſtrum refractioni equali ab omnibus partibus:nā va-por humidus ex quo fit nubes aſcendit a terra ⁊ multiplicat̄ in aere et in-groſſatur:⁊ cum oritur ſeu illuminat lumen ſtellarum vel ſolis ⁊ lune ſuper illum vaporem occurrit̄ ſeu reuertitur ab ipſo rediens ad viſum ex omnib⁹ partibus.Apparet igit̄ lumē circulare in illa nube ſicut apparet lumē egre diens ab ipſa ſtella circulare in multis ſtellaruz:vult dicere ⁊ cauſa in hoc eſt vna:nam ſicut apparet ſcintilla ſeu radius ſtellemet circularis propter refractionem quc fit radio ſuo ab ipſo aere propter diſtantiaz illius nubis ⁊ debilitatem viſus accidit refractio a nube ꝓpter groſſitudinē illius: nam cauſa refractionis aliquādo eſt ſpiſſitudo aeris.Et aliq̄n eſt debilitas vi-ſus vel eſt propter diſtantiā ſtellarum quibus apparent ſcintille ſeu radij circulares vel propter occurſum viſus:ſicut accidit nobis in flamma cū re mouent̄ a viſu noſtro apparet quaſi halo:hec eſt menſura in cauſa hui⁹ ap parentie ſeu hoc tm̄ ſpectat hic dicere de cauſa huius apparentie.ſ.q̄ ſit a vapore tm̄:⁊ illa eſt quam aſſignat ille artifex:⁊ eſt cauſa cōis ⁊ remota: ſed cauſa huius apparētie ꝓpria ⁊ propinqua declarat̄ a perſpectiuo:nam ipſe declarat ſm quam ſpeciem trium apparentiū ſeu viſionum que ſunt refra-ctio ⁊ reflexio ⁊ recritudo eſt hec apparētia ⁊ in quo ſitu ⁊ ex quo corpe ac-cidit hoc ⁊ diſponitur.ſ.hec apparentia:⁊ declarauit illic q̄ hec apparētia eſt vel ſtellamet per radium rectum vel halo:⁊ lumen eius eſt per radiū re-fractum non reflexum:⁊ q̄ ſitus a quo prouenit hec figura eſt vt ſit refra-ctio ſphere ſeu circuitus:⁊ vt ſint trianguli quos cauſant linee refractiōis de illa ſphera ſeu circuitu.ſ.q̄ ereat a lucido ad ſpheram:⁊ qui eorū refrā-guntur ad viſum cōmunicant omnes in vna baſi:⁊ eſt linea que vadit in vi ſu noſtro ⁊ in centro illius circuitus ſeu ſphere in centro ſtelle:donec ſint il li trianguli equales:⁊ erit refractio omnium illarum linearum ab vno eodē puncto:⁊ eſt ſtella ad vnum ⁊ eundem punctum ⁊ eſt viſus:⁊ manifeſtū eſt

q̄ sequitur vt sit refractio illarum linearū radialium a circuitu seu circuit⁹ a superficie illic cuius situs est ex omnibus partibus situs aptus vt sint an guli refractionis ipsius equales: vt sit refractio stans super illam supficiez nam refractio non fit nisi per angulos equales stantes seu directos sup su perficiem. s. q̄ trianguli refractionis stans super superficiem. Et declaratū est cum hoc causa propter quam apparet res p refractionem extra suū locū nam ipse declarauit illic q̄ omne qđ videt seu apparet p radiū refractū ap paret in rectitudine radij refracti: ꝛ q̄ specula cōiūcta ex quib⁹ fit refractio cum fuerint parua apparet in ipsis color rei visibilis non figura eius: ꝛ q̄ iste due cause sunt causa in hoc q̄ apparet lumen lune absq̄ eius figura: et apparet lumen eius preter locū lune. s. in loco extra ipsam seu alio ab ipsa. ¶ Et declaratum est illic q̄ id quod accidet ei quod apparet per plus q̄ṗ p vnam lineam refractam enumeratur ei⁹ apparētia per numerationē linea rum refractarum: ꝛ cum coniunguntur linee remanentes quedam cum qui busdam apparet eius figura circulans vel lumen eius si non apparet figu ra eius: ex quo impossibile est apparere vna res per multos radios nisi cū fuerit refractio sphere seu sphera: ꝛ declarata est specialr hec apparētia. s. halo: ꝛ q̄ situs in quo venit hec apparentia cum posuerimus nubem figu rari figura spherica ex quo hoc est sibi dispositio naturalis est vt sit visio nostra centrum lucidi ꝛ centrum nubis super vnam lineam: ꝛ vt sit visio no stra in eo quod est inter lucidum ꝛ centrum non in centromet: neq̄ sit inter visionem nostram ꝛ lucidum: ꝛ q̄ superficies ex qua fit hec refractio ꝛ sup ficies que coniungitur directe super directum diametrum nubis non alia: ꝛ q̄ causa in hoc est distantia lucidi ꝛ propinquitas nubis ad nos: ꝛ quia centrum nubis est propinquior nobis lucido ꝛ remotior nube: ꝛ q̄ refra ctio non fit nisi per angulos equales. ¶ Et declaratum est illic etiam q̄ hec refractio quia est loci illius latitudo accidit vt sit lumen quod apparet circulare habens latitudinē. ꝛ si non appareret sicut linea sphere. ¶ Et has res omnes quas dixi: iam declarauit eas Auenetan in tractatu fomoso: sz ista vt diximus nō sunt de hac scientia: sed sunt de scientia perspectiua: ꝛ ideo non curauit Aristo. de istis hic: ꝛ fuit sibi sufficiens de eo q̄ pertinet huic scientie considerare. ¶ Et ille qui congregauit has duas speculationes iaz errauit vt fecit Auenetan: nam speculatio de hoc est duarum diuersarū ar tium neq̄ ingreditur id quod declaratum est de hoc ex scientia perspecti ua in hac scientia: ita q̄ hec scientia considerat de his causis alio modo et facit ipsas principia demōstrationis. ¶ Et putabamus nos in nostris sum mis in tantuz q̄ nos posuimus illic ꝛ affirmauimus causas mathematicas que sunt in his rebus tanq̄ exordium seu principium: sed res non fuit ita: nam cause quas dat artifex huius scientie in hoc sunt cause manifeste per se: ꝛ q̄ dat perspectiuus de istis causis sunt cause remote rebus considera tis in hac scientia: cause autem remote enumerātur in eo q̄ est per accidēs. ¶ Neq̄ est dispositio scientie perspectiue ad hanc scientiam in dando has causas sicut est dispositio perspectiue cum geometria. s. q̄ perspectiua acci pit multas causas rerum seu dispositionum inuentaruz in ipsa geometria vt putabamus nos de hoc in principio. ¶ Nam ille cause sunt essentiales in perspectiua. s. id quod declaratū est de hoc in geometria ex quo sunt cau se propinque. ¶ Cause autem harum rerum que declarate sunt in perspecti ua sunt istis existentibus propter corpora naturalia cause non essentiales sed remote. ¶ Ita debet intelligi hoc de Ar. in his rebus non q̄ ipse abbre uiauit seu diminuit in hoc ꝛ dimisit aliquid quod fuit necessarium dicere in hac scientia neq̄ in alia. ¶ Gloria sit ei qui ipsum determinauit ab alijs in

Quōnes mathema tice nō fūt adducēde in scētijs naturali bus. vide idē. 2. ce li. cō. 59 q̄ ibi.

Laus magna de Arist. vid̃ in sil̃i in primo loco p̃mi phy. t. 3. de aia. cõ. 14 t primo d̃ gn̄atione cõ. 38.

perfectione humana: t fuit id quod cognitum fuit sibi faciliter cognitum ab alijs hominibus cuz longa perscrutatione t difficultate maxima t multa sollicitudine: t id quod est notum alijs faciliter est diuersum ab eo quod ipse nouit: t ideo multotiens accidunt expositoribus difficultates in dictis huius viri donec declaretur post longum tempus veritas sermonis eius: t q̃tum debilis fuit speculatio aliorum hominum in comparatione ad speculationem eius: t per hanc virtutem diuinam inuẽtam in ipso fuit ipse inuentor scientie: t complens seu perficiens eam: t hoc raro inuenitur in artibus quecunq; ars fuerit: t maxime in hac arte magna. ¶ Sed diximus q̃ ipse fuit inuẽtor t complens. nam dicta aliorum antiquorum de his rebus non sunt digna vt sint dubitationes in his rebus: t a fortiori vt sint principia. ¶ Et post̃q̃ declaratum est hoc: dicam igitur q̃ nõ est in verbis Arist. aliquid indigens complemento: vt putauit hoc Auẽpace filius Auẽgijt: t verum est q̃ in ipsis sunt multe res quas ipse non intellexit neq; nos nondum: t maxime in rebus in quibus non peruenerunt ad nos dicta exp̃sitorum: t ideo oportebat sibi studere in speculatione verborum eius nõ in his rebus que fuerunt preter modum doctrine illius Aristotelis.

¶ Postea autem dicit Commentator in illo loco ponẽdo verba philosophi ista inquit: hec sunt res famose de iride t de columna: sed causa eorum est vna in genere: t hec est refractio que accidit radio solis ab aqua super parietem super quem non cadit radius solis directe. ¶ Dicit: t hoc quod dixit q̃ causa iridis est apparentia manifestum est per se: nam hec apparẽtia accidit nobis cũ sumus inter lucidũ t corpus a quo fit refractio: t declaratũ est i mathematicis q̃ hec apparẽtia accidit cũ fit centrũ lucidi t cẽtrũ sphere nubis t punctus visus seu visionis super vnam lineam: t fuerit centrũ nubis in medio p̃cti visionis t centri lucidi: t fuit visus propinquior nubis q̃; ipse sit centrum nubis: nam impossibile est vt sint triãguli quos facit refractio equales nisi cum fuerit basis eorum vna: sed fuit necesse vt sit centrum nubis inter centrum lucidi t punctus visus seu visionis: quia anguli reflexionis. propterea q̃ sunt equales oportet vt circundent cum diametro per angulos equales scilicet diameter supficiei nubis spherice: sed etiã fuit necesse vt sit superficies ex qua fit refractio spherica: quia impossibilis est refractio a circuitu sphere ad vnum locum nisi in corpore concauo: propterea quia trianguli refractionis stare super superficiem ex qua refranguntur super angulos rectos: si esset superficies in qua est circuitus refractionis equalis: non essent trianguli communicantes in basi: ita vt sit refractio finita a puncto ab illa basi que est punctus visionis: t similiter accideret si esset superficies conuexa: hoc autem quod adiunximus id quod adiunximus est id quod declaratum est de hac apparentia in perspectiua: et non est de hac scientia.

¶ Item in eadem media dicit: t post̃q̃ narrauimus causam iridis: t quomodo fit: necesse est nobis dicere quare est hoc q̃ nunq̃ apparet magis q̃ medietas circuli: sed apparet vel medietas circuli vel minus. Inquit et dicam q̃ causa in hoc est q̃ cum irradiatur de nube ex radio solis cum videt hec apparentia est medietas circuli tm̃. vult dicere: cum fuerit sol super hemisperium: propterea q̃ hoc centrum cadit in hoc loco inter nostrum visuz t nubem dispositam ad hanc apparentiam. s. supra lineam egredientem p̃cedentem ad tria puncta centrum superficiei nubis t punctum visus seu visionis t punctum centri circuli iridis: t iste locus est a quo prouenit reflexio: t cum posuerimus q̃ hec reflexio est in ipso t q̃ sol iam fuit valde eleuatus super hemisperium: sicut si imaginati fuerim⁹ reflexionem per se re-

manentem:⁊ sol iam fuit altus accidit parti linee dicte.i.que est inter visuz nostrum ⁊ nubem esse sub hemisperio:⁊ similiter centrum sphere radij:⁊ apparebit tunc de iride minus medietate circuli:cum igitur ascendit sol desinit apparentia circuli seu sphere qz tota ingreditur sub hemisperio:⁊ ideo non apparet iste circulus in meridie:⁊ maxime apud solstitium estiuale propter magnitudinem arcus altitudinis in illa hora. ¶Sed in hoc cum dixit accidit quedam difficultas:nam declaratuz est in mathematicis q̄ pot̄e est vt sit hec reflexio ex qua producitur hec iris ꝑm tres situs. vnus eorꝫ est situs quem dixit Arist.⁊ est vt sit centrum circuli reflexionis inter visum et superficiem sphere nubis. ¶Et sc̄us situs est vt sit p̄ūctus visus idem cū cētro huiusmet circuli. ¶Et situs tertius est vt sit casus centri circuli reflexionis inter centrū nubis ⁊ visus:⁊ hic q̄n sol eleuat̄ super hemisperiū possibile est appere in hoc loco circulus totalis vel maior pars eius. Qūo igit̄ dicit Ari. q̄ non apparet de iride nisi medietas circuli vel minus. ¶Et dicamus q̄ videt̄ q̄ hec apparētia nō cōtingit a quacūq̄ reflexione accidenti: nam reflexio diuersificat̄ ꝑm fortitudinē ⁊ debilitatē:sed fit hec apparentia in angulo seu parte determinate q̄titatis ex angulis reflexionis. ¶Et signum in hoc est̄ q̄ isti colores semp apparēt ꝑm vnam dispositionē nō differentes ꝑm magis ⁊ minus:⁊ si producerent̄ a quacunq̄ reflexione accideret radio solis a nube ad visum.s.ex angulis diuersis diuersificarent̄ colores eius ꝑm magis ⁊ minus. Apparentia aūt ⁊ occultatio nō differt in qualitate seu ꝑm qualitatem. ¶Et hanc rem iam declarauit ipsam Ari.cū dixit q̄ hec apparentia non cōtingit in propinquitate solis valde. Et cū hoc sit ita:etiam non contingit in magna distantia a sole:sed contingit cū distantia determinata ⁊ reflexione determinata.s.determinate q̄titatis:⁊ ideo colores illius non diuersificantur. ¶Et cum hoc sit ita:sequit̄ vt non appareat de iride.nisi medietas circuli vel minus:⁊ hoc vel semper vel in pluribus:⁊ si valde raro apparet magis q̄ medietas circuli vel circulus. hoc est̄ per accns in speculo ex quo fit hec reflexio:⁊ videtur vt sint colores in ista iride ꝑm diuersitatem colorum que sunt in iride assueta.s.in apparentia et occultatione. ¶Et dixi hec:quia dixit mihi aliquis in quo confido ex maioribus sociorū nostrorū q̄ ipse vidit iridem in aliqua hora circulū completū vel quasi completū. ¶Et per hoc quod diximus de assignatione cause est sermo in figura eius naturalis:⁊ si non:sermo de figura in eo q̄ figura.s.qūo causatur a reflexione est manifestus:⁊ noluit Ari. admiscere has duas intentiones vt declaratum est. Hoc igit̄ ipse hoc considerauit eius ꝑm q̄ propriū est seu q̄ appropriat̄ scietie naturali:⁊ ideo fuit difficile Aucnetan dare causam in hoc. ¶Inquit.⁊ iam diximus numerū colorū iridis in eo quod dictū fuit:⁊ diximus q̄ ꝑm plurimū sunt tres:vineus:⁊ viridis et pauonaceus. fortasse apparet color inter tres:vineū ⁊ viridem:⁊ est citrin⁹ seu zeferaneus:color autem vineus est extrinsecus eorum: postea sequitur ipsum viridis:postea sequit̄ viridem pauonaceus. ¶Inquit:⁊ causa in hoc est q̄ color extrinsec⁹ seu exterior est magis lucid⁹:qz irradiatio solis multiplicat̄ in hoc arcu magis:quia est propinquior soli ⁊ maioris circulationis:sed sequeretur ꝑm assignationem huius cause vt sit vltimus arc⁹ minus lucidum medio si posuerimus corpus seu colorem medium produci a lumine ⁊ colore nubis:⁊ vīr videt̄ q̄ arcus primus ⁊ vltim⁹ differūt ꝑm magis ⁊ minus:sed viridis est medium inter eos:⁊ ideo opz dicere de istis aliquid duos:an q̄ ipse producit ꝑm sensum inter albedinem vinei seu subrubei ⁊ nigredinem pauonacei absq̄ hoc sit diuersitas coloris eius causa q̄ id quod radiatur a sole seu id super quod radiat sol est minus quam id

Dubium

Solutio.

qđ radiat figurā exteriorē: nā sequeretur ꝑm hāc causam vt sit id qđ radiat supra vltimā minus id qđ radiat supra mediū: ⁊ dispō nō est ita. ¶Et ideo cōrradicit Auic. in causis colorū iridis ꝑm hāc causam exposītoribꝫ ⁊ dicit qꝫ cā viriditatis nō est admixtio luminis in nigredine nubis: nā id qđ sequitur ex hac admixtione est color rubeus q̄uis diuersificet ꝑm magis ⁊ minus: sic est dispō in primo colore iridis ⁊ vltimo: sꝫ color medius q̄ est viriditatis causat ex admixtiōe coloris albi cū colore nigro: ⁊ iste color albus quicausat illic causat ꝓpter guttas aque cadētis seu fluētis: ⁊ cū admiscet albedo huius coloris cū nigredine nubis: pducit viriditas inter ipsos. nā aq̄ multotiēs recipit hūc colorē. ¶Et vī vt sit hęc opinio Arist. Nā ipse iam dixit in predictis qꝫ color albus causat a guttis aque: ⁊ videt vt cā huius sint ista duo simul: ⁊ iō etiā declarauit i alio loco qꝫ cā huiꝰ medij est admixtio. ⁊ vī cum posuerimus speculum esse simulem in qualitate difficile est dare causam diuersitatis colorꝫ in iride: ⁊ cum posuerimus ipsum diuersum: facile est hoc: sed cū sint isti colores ordinati: difficile est dare causam ꝓpter quā iste ordo est necessarius in diuersitate eorꝫ. s. in hoc qꝫ ipsi pmanēt semper ꝑm vnum ordinē: ⁊ maxime quando nos voluerimus cōgregare de hoc inter id qđ apparet in ista iride: ⁊ in iride secunda: que apparet cū ipsa in q̄busdam horis. nam ordo colorū in hac iride sentitur ꝑm ordinē ꝯtrariuꝫ in iride primo. s. qꝫ sentitur seu apprehendit in ipsis qꝫ color pauonaceus obscurus ⁊ extrinsecus ⁊ subrubeus est vltimus intrinsecus seu interior: sꝫ medius inter ipsos est ꝑm vnā dispōnē in duabus iridibꝰ simul. ¶Et iō videt qꝫ medium inter eos sit: vel res cōplexionata seu composita inter duas extremitates: vel qꝫ sit color eius diuersus a colore duarum extremitatum: scꝫ vt sit aqueitas dominās super ipsum: vel vt sint he due res simul. ¶Et videtur qꝫ vmbra habet introitum in productione colorum: ⁊ maxime viridis scꝫ qꝫ producuntur ex complexione seu compositione obscuritatis vmbre ⁊ albedine fluxu aque ⁊ vmbra causatur posterius a superficie prima: ⁊ ideo vt dicit fluxu in fluxu seu casu aquarum: quarum pars sit in vmbra ⁊ pars in sole apparent colores diuersi. ¶Inquit: sed iris que apparet in nocte a luna nō est sicut illa que apparet in sole: nam ipsa apparet declinior ad albedinē: ⁊ causa in hoc est obscuritas noctis. nam ignis vt putatur apparet albior in loco obscuro cꝫ ipse apparet in loco lucido: ita vt inuenimus ī isto textu. ¶Et hoc indiget consideratione: ⁊ magis verisimile est: vt sit causa in albedine eius debilitas luminis lune ⁊ dealbatio luminis iridis.

## ¶Liber Quartus Meteororum Aristo.

### ¶Capitulum Primum.

AQuoniam autem quatuor cause determinate sunt elementorum: harum autem ꝑm coniugationes ⁊ elementa quatuor accidit esse: quorum duo quidē factiua: calidum et frigidum. duo autem passiua: siccum ⁊ humidum. ¶Fides autem horum ⁊ ex inductione: videtur enim in omnibus caliditas quidem et frigiditas terminantes ⁊ copulantes ⁊ permutantes ⁊ homogenea ⁊ non homogenea: ⁊ humectantes ⁊ exiccantes indurantes ⁊ mollificantes. Sicca autem ⁊ humida terminata et alias dictas passiones patientia ꝓpꝫ ꝑm se ⁊ quecunꝫ commu

nia ex ambobus corpora constant. ¶ Adhuc autem ex rationib⁹ palam quibus determinamus naturas ipsorum: calidum quidem enim ⁊ frigidum vt factiua dicimus. Concretiuum enim sicut factiuum aliquid est. humidum autem ⁊ siccum passiua. Facile em terminabile ⁊ difficile aliquid terminabile in pati aliquid natura ipsorum dicitur: q̄ quidem igitur hec quidem factiua: hec autem passiua manifestum est. B

Quia intētio sua propria fuit loqui de eo quod accidit ex duobus vaporibus .s. ficco ⁊ humido cum fiunt intra terram de generationibus: ⁊ sunt metalla: ⁊ postea loquatur de plantis ⁊ animalibus. ¶ Et vniuersaliter propterea quia intentio sua fuit loqui de corporibus homogeneis que componuntur ex elementis prima compositione: ⁊ narrare differentias vniuersales eis. Et iam declaratum est de dispositione horum corporum in libro generationis ⁊ corruptionis q̄ sunt composita ex quatuor elementis famosis: ⁊ q̄ hec quatuor sunt elementa per virtutes actiuas et passiuas eorum. Declaratum est etiam ibidem q̄ virtutes actiue sunt caliditas ⁊ frigiditas: passiue autem humiditas ⁊ siccitas: ⁊ q̄ generatio istorum corporum homogeneorum est per admixtionem illorum elementorum ipse autem nunc vult memorare species operationum virtutum actiuarū in his corporibus homogeneis: ⁊ species virtutuz passiuarū que sunt in eis quasi differentie ⁊ forme: ⁊ narrat quomodo est habitudo earum in generatione ad virtutes actiuas .s. quomodo attribuuntur congelatio .v.g. ⁊ que liquefactio caliditati ⁊ frigiditati: ⁊ que sunt corpora quibus euenit aliqus ex speciebus harum virtutum passiuarum. ¶ Et incepit prius in rememoratione illius q̄ declaratum est in libro de generatione ⁊ corruptione .s. q̄ virtutes per quas elementa sunt elementa sunt hę virtutes quatuor .s. caliditas: frigiditas: humiditas: ⁊ siccitas: ⁊ q̄ reliquę dispositiones producte in reb⁹ generabilibus ⁊ corruptibilibus attribuuntur his quatuor virtutibus tantum: ⁊ hoc primo et per se. ¶ Et testificatur in hoc q̄ caliditas ⁊ frigiditas sint potentie actiue in compositis: illud q̄ apparet ex operationibus earū in eis de congregatione: ⁊ diuisione: ⁊ retentione ⁊ determinatione receptionis figure ⁊ alijs ex operationibus eorum. Et significat etiā q̄ humiditas et siccitas sunt virtutes passiue illud q̄ videtur de eis q̄ sunt recipientes has operationes a calido ⁊ frigido. ¶ Et dicamus q̄ de proprietate caloris est coniungere homogenea conuenientia: ⁊ retinere ipsa. Frigiditatis autē proprietas est coniungere inequalia ⁊ retinere ea: sicut de proprietate humiditatis est vt sit facilis retineri ab alio: ⁊ obediēs recipere passionē absq̄ hoc q̄ retineat formam quam recipit: aut habeat retentionem ex se: ⁊ appropriatur siccitati q̄ ipsa difficulter retinetur ab alio. Retinetur autem ex se tenens formam quam habet. a ¶ Sed esse istorum corporum in corporibus compositis vel compositorum ex parte humiditatis ⁊ siccitatis est manifestum. Nam apparet de dispositione eorum q̄ ipsa recipiunt terminum et figuram propter humiditatem: et retinent ipsam propter siccitatē. Quo modo autem attribuuntur iste potentie passiue ad simplicia ꝑm q̄ sunt simplicia: ⁊ que est intentio difficultatis passibilitatis in eis ⁊ facilitatis: ita vt sit conueniens esse illius quod acceptum fuit in diffinitionibus eorum in omnibus corporibus simplicibus ⁊ compositis indiget consideratione. Nam ignis est siccus ⁊ non diffcultter retinetur ab alio: immo videmus

2. de ge. et cor. t. cō. 49. ⁊ fo. C

D

a. Digressio q̄ q̄rit quō p̄dicte diffinitiones verificant i ipsis simplicibus.

calor inuentus in elementis: & si voluit dicere extremam operationem rer̄ gener. et
frigidarum licet sit temperamentum: dicere volet inuentum in elemētis in corrup.
locis suis & mixtionem: & quia non inuenīūtur in locis suis simplicia & pu cōm. 48.
ra: tunc erit operator motus corporum celestium.

a Necessariū est qđ nō sint tā tū inēte i duob⁹ elemētis due q̄litates sb̄ales in fine.

¶Minor enim que in aere caliditas ea que in re: quare non ob
tinet neq̄ facit permutationem: neq̄ vnam. Similiter autem et
quod mouetur & fluit minus putrescit q̄ non motum. Debilior
enim fit mot⁹ qui ab ea qua in aere caliditate q̄ qui in re preexi-
stit. Quare nihil facit permutari.

¶Et calor qui est in aere est minor calore naturali quem admit-
tit res in sui perditione: & propter hec non est calor aeris compre-
hendens & constringēs rem suam sicut facit naturalis in illa. Et
corruptio rei mouentis per calorem aeris circunstantis est mi-
nor q̄ corruptio rei quiescentis.

II

¶Vult dicere ꝙ in quiete coniunguntur duo: vnum est mortificatio calo-
ris naturalis: & aliud est confirmatio caloris extranei in ipso ad operandū Effectus
fire in illam rem quiescentē. effectus enim augentur ex operante in quiete: augentur
& ideo ea que fiunt indigent quiete quādiu fuerint in locis eorū propriis: operante
& ideo vituperant & reduarguunt medici motum post cibum. in quiete

¶Eadem autem causa quare multum minus putrescit pauco
in maiori autem ampliori est ignis proprius & frigidum q̄ vt obti
neant que in circunstante virtutes.

¶Et qm̄ calor aeris est debilior q̄ calor naturalis perseuerat et
non in eis corruptio propter calorem aeris.

12

¶Et propter hoc quanto magis paratior est res pati ab aere & calefieri ab
ipso: tanto magis erit putrefactio eius preparata: & citius quam res que
debiliter calefit per aerem.

R

Mare.

¶Propter quod mare ſm partem quidem diuisum cito putre-
scit. Totum autem non. & alie que eodem modo: & animalia fiūt
in his que putrescunt: propterea ꝙ segregata caliditas naturalis
existens constare facit segregata.

¶Et propter istam rem fetet aqua maris que recedit ab illo et
mutatur: & hoc non accidit vniuerse aque maris.

13

¶Et causa in hoc est: qm̄ aqua diuisa propter frigiditatem eius paruam
citius calefit: aere calefactione fortiori q̄ summ totum. Et vniuersaliter

De spēb⁹ digestionis ⁊ indigestionis

Digestio.
Pepāsis.
Epsesis.
Optesis.

Indigestio.
homotes
Molisis.
Stathensis.

Quid est digestio.

huius est causa: qm̄ pars rei quādo diuidit a re festinat in eam corruptio citius q̄ in suum totum: ⁊ hoc est in animalibus ⁊ vegetabilibus et alijs.

¶ Capitulum secundum.

QVid quidem igitur est generatio: ⁊ quid corruptio dictū est. Reliquum autem est dicere habitas species quascūq̄ dicte virtutes operantur ex suppositis natura constātibus iam. Est itaq̄ calidi digestio: digestiōis autem pepansis adhuc optesis. Frigiditatis autem indigestio: huius aūt homotes molinsis stathēsis. Opz aūt existimare nō ꝓprie hꝛcdici nomina rebus. Sed non tacent vniuersaliter his que similiter: quare non has sed tales oportet putare esse dictas species: dicamus autem ipsorum vnunquodq̄ quidem. ¶ Digestio quidem igitur est perfectio a naturali et proprio calido ex oppositis passiuis. hec autem sunt propria vnicuiq̄ materia. Cum enim digestum fuerit perfectumq̄ est ⁊ factum ⁊ principium perfectionis a caliditate propria accidit.

¶ Et postq̄ manifestum est quid sit generatio ⁊ corruptio: conuenit vt manifestem⁹ illud quod pertinet illis: ⁊ est eius proprīū. de operibus istarum virtutum quas predixim⁹: q̄ sunt cause generationis ⁊ corruptionis in rebus naturalibus. ¶ Inciptamus in digestione: ⁊ dicamus q̄ opus caloris est digestio.

14 ¶ Et digestio fit in decoctione tpata: sed frigus opus eius est ꝓtrariū huic operi: ⁊ illud est: qz ipsum prohibet digestionē: ⁊ sua prohibitio est cū cruditate ⁊ priuatione digerēdi. ¶ Dixit Arist. ⁊ qz hoc qđ ostēdit super ipsum hoc nomē est infinitū: cōuenit adhuc q̄ faciamus intelligere hoc qđ ostendit dicere distinctiones explanātes: ⁊ dicamus q̄ digestio est cōplementū qđ fit per calorē naturalē per passiones rerū cōtrariarū. s. q̄ digestio est cōplementū passionis ⁊ mixtionis rerū cōtrariārū que admiscent ⁊ tēperant cōplexione propria in re qualibet generata. ¶ Et certū est q̄ omne generatum hz vnū modū mixtionis: ⁊ sua perfectio ⁊ cōplemētū est eius digestio: ⁊ ideo qn̄ est digesta materia cuiuslibet generati explicata est eius inuentio ⁊ perfecta. et cōstat q̄ cōplementū ⁊ explicatio materie mixte qđ est digestio est per calorē naturalē ⁊ proprīū in illo generato. ¶ Et hoc manifestum est in cibatione: qm̄ cibatio ꝑm quid est generatio: ⁊ no est differentia inter generationem ꝑm partem ⁊ generationem ꝑm totum.

x

Cibatio ꝑm qđ est gñatio.

¶ Et per aliquod exteriorum auxilium cōsumatum est velut alimentū cum digeritur: ⁊ per balnea ⁊ per aliqua talia aliudq̄ principium que in ipso caliditas est.

¶ Et potest esse q̄ sit illud complementum: ⁊ est digestio per extraneum calorem admixtum temperatum calori naturali: sicut est digestio hominis in comedēdo mel vel res calidas comestas vel bibitas.

15 ¶ Et illud est q̄ iste iuuāt a digestiōe aliorū cibariorū cū calore extraneo q̄ est in eis: verūtamē operās digestionē oībus modis est calor naturalis.

¶ Finis autem his quidem natura est: natura autem quam dicimus vt speciem ⁊ substantiam.

¶Et complexio rei qua venit per digestionem est sua forma et substantia que nominatur natura.

¶Et illud est q̄ subiectū digestionis conuertitur quādo iam digestum est ad formam operantis digestionē ⁊ ad naturam suam:sicut cibaria que q̄n digesta sunt conuertuntur in calorem naturalem in similitudinem speciei caloris digerentis illa cibaria. 16

¶His autem in subiectam quandam formam finis est digestionis:cum tale fuerit factum ⁊ tantum humidum optesim passum aut hepsesim:aut putrefactum:aut aliter taliter calefactum:tunc enim vtile est ⁊ digestum esse dicimus:sicut mustum ⁊ que in nascentijs constantia cum facta fuerit quale ⁊ lachryma cum facta fuerit lippitudo vel limus:similiter autem ⁊ alia. Accidit autem hoc pati omnib⁹ cum obtineatur materia ⁊ humiditas. Hec ēm est que terminatur ab ea que in natura caliditate:quandiu enim insit in ipsa ratio natura hec est propter quod ⁊ sanitas signa q̄ talia: ⁊ vrina ⁊ secessiones ⁊ totaliter superfluitates: ⁊ dicuntur digesta esse cū minuet caliditatē ꝓpriā obtinere indeterminati.

¶Et illud est q̄ quādo admiscetur cum illis humor qui est potens digeri fit digestio ꝑm q̄ conuenit:sed quando non est humiditas maior q̄z conuenit:nec minor:nec etiam similiter opus operantis est excedens nec magis nec minus:sed ⁊ constat q̄ subiectum stabilitum est operi digestionis in ipsum per calorem naturalem quando mutatur:aut assatur:aut putrescit: sicut mustum quod stabilitum est digestioni:quando bullit:⁊ feruet:⁊ sic multi fructus stabiliuntur digestioni quando matureſcunt. Et quādo completa est digestio in rebus que digeruntur: separātur ab eis superfluitates que non expediunt corpori:sicut vrina sudor ⁊ egestio:⁊ sic sanies spissa lachrymalium in egritudinibus oculorum. Et ideo dicitur quod ista cibaria quando veniunt ad suum finez quod sunt maturata ⁊ digesta: quia digestio in eis est completa quando calor naturalis vicit super ipsa:⁊ separauit ipsa ab indigestis separatione perfecta. 17

¶Et illud quidem est quando non remansit de illis aliquid non est cōueniens ad essendum partez digesti:⁊ similiter non relinquitur in re digesta aliqua pars illarum superfluitatū scilicet res quando conuenit vt sit pars digesti:⁊ hoc opus completum est per victoriam caloris naturalis sup materiam in qua operatur:⁊ propter potentiam super eam.

¶Necesse autem digesta grossiora ⁊ calidiora esse. Tale enim efficit calidum meliorīs molis ⁊ grossius ⁊ siccius. Digestio quidē igitur hec est. ¶Indigestio autem imperfectio propter indigentiā proprie caliditatis:indigentia autez caliditatis frigiditas est. imperfectio autem est oppositorum passiuorum que quidem est vnicuiq̄ nature materia. Digestio quidem igitur ⁊ indigestio determinetur hoc modo. Pepansis autem est digestio quedam. Digestio enim alimenti in pericarpijs pepansis dicitur. 3

Hic sumit solz q̄ digestio precedit ingrossādo. Quid est idigestio.

¶Et quando digeruntur res inspissantur ⁊ ingrossantur et calefiunt ⁊ arescunt postꝙ fuerunt frigide. ¶Operatur autez illis sicitatem ⁊ spissitudinez calor naturalis: ⁊ hoc quod predixim⁹ est opus caloris naturalis: ſz opus frigoris quod prohibet digestionem est diminutio complementi digestionis que est per calorem naturalem: ⁊ hoc est quod diminuit calorem naturalem: ⁊ res inuente per huiusmodi opus scilicet frigoris sunt nō finite neꝙ cōplete: ⁊ ille vniuersaliter sunt contrarie rebus que generant̄ per calorem naturalem in diminutione ⁊ in complemento: propter cōtrarietatem virtutum operantium in ipsas: similiter in complemento ⁊ diminutione: ⁊ het est diffinitio digestionis ⁊ indigestionis: ⁊ digestio habet latitudinem aliquam inter principium et finem quando diuersificatur in eis secundum magis ⁊ minus: sicut in fructibus.

18 ¶Quia principium digestionis in istis est apparitio prima bonitatis: ⁊ finis digestionis est complementum illius bonitatis.

¶Quoniam autem digestio perfectio: tunc autem pepansis perfecta: quando semina que in pericarpio possunt efficere tale alterum quale ipsum est: etenim in alijs perfectum sic dicimus. ¶Pert carpij quidem igitur hec pepansis que a naturali calido. ¶Dicuntur autem pepana ⁊ alia multa digestorum secundum eandem quidem speciem: metaphorice autem: propterea ꝙ non iacent sicut dictum est prius nomina secundum vnamquamꝙ perfectionem circa ea que terminantur a naturali caliditate ⁊ frigiditate.

perfectū est qñ aliqd tale al tex pōt efficere ꝯle ipsum est

106.

¶Est autem que nascentiarum ⁊ flegmatis ⁊ taliuz pepansis que a naturali calido digestio inexistentis humidi: impossibile enim terminare non obtinens. ¶Ex spumosis quidem igitur aquosa: ex talibus autem que terrestria consistunt: et ex subtilibus semper grossiora fiunt pepansim passa omnia: ⁊ hoc quidem ipsam naturam ducit secundum hoc.

¶Et iste finis scilicet: est nominatus in omnibus nomine derivato a complemento: ⁊ certe conuenit rei generate nomen cōplementi quando habet vigorem semen eius: ⁊ granum generandi suum simile. ¶Et aliter dicitur maturatio per similitudinez ad maturationem naturalem: illud quod generatur per opus caloris naturalis in humorem extraneum in corpore animalis: sicut reducitur apostema ad saniem albam: ⁊ conuertuntur humores in illis ad saniem illam: ⁊ quando digeruntur res subtiles aeree alterantur primo ad aqueitatem: ⁊ post aqueitatem ad terrestreitatem: ⁊ post inspissantur et ingrossantur: et illud est quod proprietas mutationis est quod inspissat res subtiles: ⁊ quando digeritur res cōuertit natura partē eius ad ipsuz cuius est natura.

19 ¶Volo dicere ad corpus rei cuius est natura: ⁊ h̄ est ei assimilatio.

¶Capitulum tertium.

HEc autem efficit. Pepansis quidem igitur dictum est quid est. ¶ Homotes autem est contrariū. Contrariū autem pepansi indigestio alimenti in pericarpio. Hoc autem est interminata humiditas propter qđ aut spumosa: aut aquosa: aut eorum que ex ambobus est: homotes. Qm̃ autē pepansis perfectio quedā est: homotes imperfectio erit. Fit autem imperfectio propter indigentiam naturalis calidi & incomensurationem ad humidum quod pepansim patitur. B

¶ Et efficit similiter aliquam partem illius rei et expellit ab illo corpore: & hec expulsio est deassimilatio: & ideo non potest esse in aliquo generato quin apparet superfluitas materie. Et postquā narrauimus de digestione completa: nunc narremus de indigestione & immaturitate: & que sunt. & dicamus q cruditas est cōtraria digestioni & maturitati quam premisimus: que est inuenta in fructibus: & etiam aliis rebus. Cruditas autem & immaturitas sunt propter multitudinem humiditatis extranee in re. Et cruditas est per remissionem parue ventositatis in re digesta & aqueitatis: & illud quia digestio postq̃ est complementum passionis materie & decoctiōis eius: erit cruditas decoctionis diminutio in materia: & complementi passionis eius: & vniuersaliter prohibēs operationem maturationis postq̃ res est cruda est diminutio caloris naturalis: & victoria humiditatis. B

¶ Sed quando calor & humor sunt proportionati in mensura: tunc maturescit res cruda. calor autem maturat rem humidam qñ non admiscet cum illo siccitas. maturitas enim est a calore naturali & humore naturali: sicut putrefactio est a calore accidentali cum humiditate accidentali. 20

¶ Nullum autem humidum ipsum secundum seipsum pepansim patitur sine sicco. Aqua enim non ingrossatur sola humidorum: accidit autem: aut eo quod calidum sit paucum: aut quia quod terminatur multum. C

¶ Et oēs res humide inspissantur per calorez preter aquā solū. Aqua.

¶ Et illud est quia calor est in ea parum & humiditas multa: & vniuersaliter terminatum in ea & est qualitas passiua vincens & terminans in illa: et est qualitas agens deuicta. 21

¶ Propter quod et subtiles humores eorum que homa sunt et frigidi magis quam calidi et inesibiles et impotabiles. Dicitur autem homotes sicut & pepansis multis modis: vnde & vine et secessiones et catarri homini dicuntur propter eandem causam: eo enim quod non sunt obtenta a caliditate neq̃ constant: homa omnia appellantur. D

¶ Et omnes succi crudi sunt frigidi: et non calidi: neq̃ comesti: neq̃ potati. Etiam inuenitur cruditas et priuatio immaturitatis in rebus multis manifestis. Sunt enim quedam inuente in superfluitate per effectum sicut vrina: & egestione et mucillagine et hoc est in egritudinibus.

as multa dicit q. aqua non ingrossatur, nisi sola sumida. sed q. q in ar sumida sola aqua non ingrossatur:

22 ¶Quia quodlibet istorum est tenue:subtile:7 clarum propter diminutionem operationis caloris naturalis in ipsum.

¶Longe autem procedentib⁹ 7 later homus: 7 lac homum:et alia multa dicūtur:si possibilia permutari 7 constari a caliditate non passa sint:pp qđ 7 aqua epsesim passa dicīt.¶Homa autē nō dicīt qz non ingrossatur. Pepāsis quidē igitur 7 homotes dictū est quid est:propter quid vtrumq; ipsorum est.

Quid est hepsesis

¶Hepsesis autem est fm totū quidem digestio a caliditate humida inexistentis interminata in humido.¶Dicitur autem nomen proprie solum in elixatis:hoc autem vtiq; erit sicut dictū est spumosum aut aquosum.

¶Et est inuenta cruditas in rebus artificialibus: sicut inuenitur in vase fictili:7 in lateribus:7 similibus. Sed cruditas dicta in rebus istis non est talis qualis ea que dicitur in rebus naturalibus. Et sunt quedam res que non recipiunt vel maturitatem vel cruditatem:sicut aqua que nec ingrossatur nec inspissatur:iā rememorauim⁹:q̄d maturitas: 7 quid cruditas:7 q̄d est digestio.

23 ¶Quia digestio 7 sba digestiōis est tēperātia equalitatis caloris 7 humoris q̄ reperiunt in corpe terrestri preparato ad gnationē:7 generata in q̄bus generat maturitas sunt cōuenientia illi 7 p̄parata ad receptionē illi⁹.

¶Et res p̄parate ad receptionē maturitatis sunt res spūales: qm̄ omnes hmōi sunt q̄ maturant.7 digerunt p opus spūalis caloris in humiditatem aquosam.s.caloris naturalis ipsorū spirituū videlz rerū aiatarū.Et illud est qz digestio tēperata in istis est dicta fm prioritatem.

¶Digestio autē fit ab eo qui in humido igne.Que eē in frixurisanantur ab extrinseco calido patiuntur/in quo autē est humido facit illud magis siccum in ipsum assumes.Quod aute elixatur cōtrariū facit.Segregat enī ex hoc ipso humidū a caliditate que in extrinseco humido.Propter quod sicciora que hepsesim passa sunt q̄z assa. Nō enim attrahūt in seipsa humidum que hepsesim patiuntur: preualet enim que de foris caliditas ei⁹ que intus/si autem vinceret que intus traheret vtiq; in seipsam.

§ ¶Sed res 7 toste 7 assate sunt res que arescunt 7 desiccant ante maturationem per operationē caloris extrinseci extranei in illis: nō caloris naturalis;nam proprietas est caloris extranei q̄ dissoluat humiditates:7 consumat eas anteq̄z perueniat res ad maturitatem.Sed 7 hoc extrinsecū in apparenti: sed res digeste maturitate accidit eis contrarium huius: quia non desiccatur in eis ante digestionem extrinsecus apparens: quia humiditas in eis consumitur:7 desiccatur proportionaliter intus ex extra simul:sicut in alijs operationibus nature:econtrario arti:7 ideo sunt res toste 7 assate aride 7 sicce in apparenti extrinseco plus q̄z res maturate:7 habent plus de humore intus: qm̄ calor extraneus propter grossitiem suam non habet victoriam in eo quod est intra.

24 ¶Sicut euenit in digestione completa 7 nāli:vbi equalitas est intus et ex.

¶Est autem

¶ Est autem non omne corpus hepsesim passibile: neq; enim in quo nullum est humidum velut in lapidibus: neq; in quibus inest quidem: sed impossibile obtineri propter spissitudinem velut in lignis: sed quecunq; corporum habet humiditatem passibilez ab ea que in humido ignitione.

¶ Et non omnes res digeruntur ⁊ maturantur: ⁊ hoc quia res sicce in quibus non est humor / nec maturantur: nec digeruntur: sicut lapis siccus in quo non est humor: ⁊ sic non digeruntur res sicce rare ponderose: vel lignum ⁊ similia.

¶ Et similiter dense quoniam non recipiunt humorem supervenientem nec retinerent in semetipsis propter constrictionem suarum partium ⁊ adunationem earum: sed res que maturantur sunt in quibus est humiditas passiua caloris inuenti in ipsis. 25

¶ Dicitur ⁊ aurum hepsesim pati: ⁊ lignum: ⁊ alia multa: secundum speciem quidem non eandem: metaphorice autem: non em̃ tacet nomen differentijs.

¶ Et iam dictum est q̃ aurum ⁊ lignum decoquitur: ⁊ maturescit quando generatur. Sed hoc dictum est propter similitudinẽ: ⁊ non secundum veritatem.

¶ Volo dicere q̃ maturatio melius ⁊ plus dicta est de animalibus q̃ de vegetabilibus: ⁊ in vegetabilibus plus q̃ de mineralibus. 26

¶ Et humida autem hepsesim pati dicimus velut lac ⁊ mustuz: cum quidem in humido humor in speciem aliquam permutatur ab eo qui in circuitu ⁊ de foris igne calefaciente: quare modo quodam simile dicte hepsesi facit. Finis autem non idem omnibus neq; elixatis: neq; digestis: sed his quidem ad esum: his autem ad sorbitionem: his autem ad aliam oportunitatem. Quoniam et pharmaca elixari dicimus / quare quecunq; grossiora possunt fieri aut minora: aut grauiora / aut hec ipsorum talia: hec autem contra propter id quod disgregata: hec quidem ingrossari: hec autez subtiliora sicut lac in serum et coagulum omnia elixabilia sunt. Oleum autem non elixabitur ipsum ꝑm seipsum: q̃ horum nullũ patitur. Scom hepsesim quidem igitur dicta digestio hec est. Et nihil differt in organis naturalibus ⁊ artificialibus siquidem fiat. Propter eandem igitur causam omnia erunt.

¶ Et iam dictum est maturũ qdem de re naturali: sicut maturuz de lacte: ⁊ de nõ naturali sicut maturitas succi vue ⁊ aliarum rerũ q̃ maturantur per calorem exteriorem aeris. ſ. per calorem extraneum. Et istud est propter silitudinẽ ad maturitatem naturalem. Et maturitas naturalis vlr est diuersa maturitati que est ꝑ calorẽ extraneum: quia finis vtriusq; diuersus: ⁊ illud est quia fines rerũ maturatarũ sunt diuersi. ⁊ q̃ faciũt hoies sicut est diuersum. Et est q̃ aliq̃d est comestũ: ⁊ aliq̃d potatũ: ⁊ aliq̃d qd̃ nõ est comestũ neq; potatũ; ⁊ medicine: tã dem̃ est in illis q̃ sunt mature: q̃m̃ sunt inspissate et ingrossate. Et aliq̃ res in sui maturitate 3

inspissatur:7 aliqua pars eius nō:7 subtiliaf aliqua pars eius: sicut lac cuius substantia casealis inspissatur in decoctione:7 subtiliatur substantia aquosa 7 seperatur in ipso. Sed oleum non maturatur nec decoquitur/nec ingrossatur.

27 ¶Sed alterabitur anteq̄ recipiat figuram inspissationis:7 destruetur.

€ ¶Molinsis aūt indigestio q̄dem est:contraria autem hepsesi.

inānatio ¶Erit aūt vtiq̄ econtraria prima dicta indigestio eius quod in
ixeliratio corpore interminati pp defectum caliditatis que in humido, qō
in circuitu. Defectus autem cum frigiditate qō est dictuz est. Fit
autem propter motum alium:expellitur enim digerens:7 defect?
autem aut fit propter multitudinem frigiditatis in humido, aut
propter multitudinez que in hepsesim patiente. Tunc em̄ accidit
eam que in humido caliditatem ampliorem quidem esse q̄z vt nō
moueat/minorem autem q̄z vt regulet 7 condigerat. Propter qō
duriora quidem que molinsim patiuntur fiunt:q̄z hepsesim passa:
humida autem determinata magis. ¶Hepsesis quidem igitur et
Apsesis molinsis dictum est:et quid est et proter quid est. ¶Optesis autem est digestio a caliditate sicca 7 aliena. propter quod 7 siquis
hepsesim exercens facit permutari 7 digeri:non ab humidi caliditate:sed ab ea que ignis cum consumatum fuerit assatum sit:7 nō
elixatum/7 excessu adustum esse dicitur:a sicca autem caliditate
fit cum siccus fiat consumatum/propter quod 7 exteriora siccio-
N ra interioribus:elixata autem contrarium/Et opus est manu arti
ficum matus assare q̄z elixare. Difficile enim exteriora 7 interiora
regulariter calefacere. Semper enim propinquiora igni exsiccātur
citius:quare 7 magis conclusis igitur exterioribus poris nonpo
test segregari intus exiitens humidum:sed includitur cum pori re
O cluśi fuerint. Optesis quidem igitur 7 hepsesis fiunt quidē arte.
Ars nāe Sunt autem sicut dixim̄us species vniuersaliter eedem 7 natura.
emula. Sikes em̄ que fiūt passiones sz innominate/Imitatur em̄ ars na
turam. Em̄ 7 alimēti in corpore digestio similis hepseli est. Et.n.
in humido 7 calido a caliditate corporis fit scilicet digestio 7 indi
P gestio similis molinsi/Et alias non fit in ipsa digestione sicut qui
Lubrici. dam aiunt:sed in segregatione putrefacta in inferiori ventre:de-
inde ascendit sursum: digestum est enim in superiori ventre:putre
scit autem vter in inferiori segregatum:propter quam autem cau
sam dictum est in aliis. ¶Molinsis quidem igitur hepseli contra-
Q rium/Ei autem que vt optesi dicte digestioni:est quidem aliquid
Excalda- oppositum similiter:minus autem nominatum. Erit autem vtiq̄
tio. si fiat statensis:sed non optesis:propter defectum caliditatis que
accidit vtiq̄:aut propter paucitatez exterioris ignis/aut propter
multitudinem aque:que in eo quod optesim patitur:tunc enim
plus quidem est q̄z vt non moueat:minor autem q̄z vt digerat.
¶Quid quidem igitur est digestio et indigestio: et pepansio

& homotes & hepsesis & optesis & contraria his dictum est.

## Capitulum quartum.

Passiuorum autē humidi & sicci dicendū species. Sunt autē principia quidē corporū passiua: humidū & siccum: alia autē mixta quid ex his: cuiusq autē huius magis ſm naturā sunt: puta hoc quidē sicci magis: hoc autem humidi. Dia autē hec quidē actu erunt: hec aūt in oppositō: hz autē sic liquatio ad liquabile. Qm autē humidū est bene terminabile: siccum autē difficile terminabile: simile aliquid pulmēto: & condimentis adinuicem patiuntur. Humidum enim sicco causa terminari: & vtrumq; vtriq; velut colla fit.

R humidū bñ terminabile siccum vero difficile.

Decoctio igitur completa & digestio est illa que fit per maturationem completam predictam: & res que sunt valde digeste & decocte sunt debiliores & fluxe magis q̄ res que non sunt valde digeste: & res quarum digestio non est completa in fine sunt duriores: & assate habent posse magnum in calore & siccitate: & res assate calor apparens in illis est fortior q̄ interior calor: & in maturatis interior calor est fortior q̄ calor apparens. Et in rebus euenit assatio duabus de causis: vna illarum causarum est siccitas materie sue: & secunda est potentia caloris sicut accidit rebus sicce materie quando approximant igni. Et priuatio assabilitatis euenit duabus de causis. Una illarum est diminutio caloris que euenit rei ex extrinseco. s. caloris extranei: & secunda erit multitudo aqueitatis que admiscetur cum re passiua. Et postq̄ manifestauimus quid est digestio: & quid est cruditas: & quid est assatio: et quid est tostio: & sunt opera virtutum operantium que sunt calor & frigus: narremus modo opera duarum virtutum passiuarum que sunt humiditas & siccitas. Et dicamus q̄ initium passibilitatis est humidū in generatis & siccum: & illud est quoniam omnia generata corpora passiua: sunt composita ex humido et sicco: sed diuersantur corpora per victoriaz humidi in aliquibus: & sicci super aliqua. Et causa in essendo corpora composita ex istis duabus virtutibus est: quia humiditas sicut predictum est factis ad separationem: & siccitas est grauis ad separationem: & qñ complexionantur: patiuntur vnum ab alio: & arescit tunc humidum: & humefit siccum: & humidum remollit siccum: quousq; conuertatur in viscosum: sicut glutinum.

Ad sili'tudinē eī° qō accidit farine qñ admiscet aqua mixtiōe forti: qm 28
illa farina efficit multū viscosa: qr humor aque pfundat in ea facit partes siccas cōtingere se adinuicē: & siccitas facit humidū recipe corporeitatē et difficultatē sepationis: sicut est dispositio in visco & glutino qm ipsuz fit inspissatum & adunatū p humorē: & efficit graue ad separationē pp siccitatē: & siccitas q̄ in ipso admiscet est cā retētionis in ipso glutino in seipso: & causa sue forme figurate: & humiditas est causa adunationis & mixtionis.

# Liber Quartus

Sola terminata corpora hic ñ sine terra et aq.

¶ Sicut et Empe. fecit in physicis farinã aque conglutinans: et pp hoc ex ambobus est terminatũ corpus. Dicunt autẽ elemẽtorum proprijssimi sicci quidẽ terra: humidi autẽ aqua: pp hoc aũt ola terminata corpa hignõ sine terra et aqua: cuiuscũq; aute plm potentiã huius, vnũquodq; videt et in terra: et in aqua aialia solũ sunt. In aere aũt et in igne nõ sunt q; corpoz materia ẽ.

¶ Et istud iam dixit Empe. in sermone de naturalibus: q assimilauit illud quod euenit per mixtionẽ humiditatis cum siccitate in corporibus quousq; fiat vnum. et difficultatem in separatione assimilauit dicto glutino.

Ola aialia frida. Idẽ. 2. de ẽnatione 48. q 49. q. 4. c. 6.

¶ Et postq; est de necessitate q; generentur hec corpora per mixtionem humidi cum sicco: q elementum siccum est terra: q elementum humidum est aqua: tunc est de necessitate q; omne corpus generetur grossum passiuũ ex aqua q terra: q omne genitum est conueniens elemento quod vincit in ipso non alijs elementis. ¶ Et signum victorie istorum duorum elementorũ in generatis est inuentio animalium in aqua q terra: q ista duo elemẽta locant ipsum animal: sed non alia elementa. et causa huius est victoria istorum duorum elementorum super ipsum: sicut sua mansio in istis duobus monstrat potentiam eorum in ipso.

De passiuis qualitatibus.

¶ Corporalitũ autẽ passionũ has primas necesse existere terminato duritiem aut molliciez. Necesse eñ quod ex humido q sicco aut durũ esse: aut molle. Est autẽ durum quidẽ qđ nõ cedit in seipsum ẽm superficiẽ. Molle aũt qđ cedit nõ ecõtra circũstando. Aqua eñ nõ mollis: nõ eñ cedit impressioni supficies in profundum: sed ecõtra circũstat. Simpliciter quidẽ igitur durũ aut molle: qđ simpliciter tale. ad alterũ autẽ qđ ad illud tale. Adinuicem quidẽ igitur indeterminata sunt p magis q minus. Eñ autẽ ad sensum oia iudicamus sensibilia: palã q; q durũ q molle simpliciter ad tactũ determinauimus tanq; medietate vtentes tactu: pp qđ excedẽs quidẽ ipsum durum: deficiẽs aut molle esse dicimus.

## ¶ Capitulum quintum.

Necesse autẽ durũ aut molle esse terminatũ corpus proprio termino: aut enim intercedere: aut non adhuc coagulatum esse: hoc enim terminatur. Quare qñ quidez terminatũ q cõstans aut molle aut durũ: hec autẽ coagulatio sunt: oia vtiq; erunt corpora cõposita q terminata non sine coagulatione. De coagulatiõe igitur dicendũ. Sunt itaq; cause que secus materiã due: faciens q passio. Faciens quidẽ igitur vt vnde motus. Passio autẽ vt vnde species: quare q coagulatio nis q diffusionis q eius quod exiccari q humectari facit autẽ faciens duabus virtutibus: patitur passiõibus duabus sicut dictũ est: facit quidẽ calido q frigido. passio autem aut in presentia: aut absentia calidi aut frigidi. Quontã autẽ coagulari exsiccari aliquo modo. de hoc dicamus primo. Patiens itaq; aut humidũ

Cõcretio

aut siccum aut ex his posita/aut humidi corpus aquã:sicci autẽ terram/hec autem humidorũ ꝛ siccorũ passiua propter quod et frigidum passiuorum magis:in his enim est etenim terra ꝛ aqua frigida supponũtur.factiuũ autem frigidum vt corruptiuum:aut ẽm accidens sicut dictum est prius. Aliquando enim comburere dicitur ꝛ calefacere frigidum non vt calidum:sed insimul ducendo/aut incontra circunstare calidum. C Aqua. Terra. D Frigus.

¶ Tunc est manifestum ex hoc ꝙ humiditas ꝛ siccitas sunt principia generatorum corporalium:ꝛ generationis corporum materialium:ꝛ hoc ideo quia humidũ est illud quod facit acquiri adunationem:ꝛ vnitatem:ꝛ vicinitatẽ:ꝛ siccitas iuuat vt acquiratur compositio:ꝛ retentio:ꝛ difficultas separationis:ꝛ non est dictũ in aqua ꝙ sit mollis : quia molle est illud quod cedit embipedo in profundum:sed aqua quando comprimitur diuiditur in partẽ dextram ꝛ sinistram:ꝛ non cedit in profundum per compressionẽ.

¶ Et postꝙ manifestum est illud:tunc corpora corrumperentur nisi esset generatio illorum cum congelatione que est inspissatio. Et dicamus ꝙ causa passibilitatis materie sunt duo . ſ. operans mouens:ꝛ opus quod accidit ex illo in passiuum quod est opus ipsius passiui : ꝛ quia operans hic est calor ꝛ frigus:ꝛ illud quidem frigꝰ accidit materie qñ deficit calor:ꝛ calor accidit eidẽ quãdo deficit et frigus:ꝛ est manifestum ex modo operis eius : et est congelatio que est desiccatio aliqua : tunc conuenit vt incipiamꝰ determinare siccitatem scilꝫ quo modo generetur per istas duas virtutes operantes scilicet calorem ꝛ frigus:ꝛ que res incipiant hoc accidens ab illis ꝛ consequuntur hoc accidens . Et dicamꝰ ꝙ omne corpus passiuum non oportet esse sine victoria humidi in ipso ꝛ sicci:que duo sunt terra ꝛ aqua. Et quia ista duo elemẽta sunt frigida ambo:euenit de necessitate ꝙ sit in omni generato de virtutibus actiuis virtus frigoris:ꝛ frigus substantialiter operatur in generatis corruptionem:ꝛ si accidat vt iuuet aliquã do ad generationem.

¶ Sicut est eius prohibitio ab assatione ꝛ facit congelari humidũ corpus post cõplementũ digestionis:ꝛ facit corruptionẽ effectuũ generatis similiter duobꝰ modis si accidit:ꝛ illud est:qꝛ cõstringit calorẽ in profundo rei quousqꝫ adurit res ꝛ diuidit ptes eius:ꝛ ſbaliter illud est:qꝛ depdit calorẽ naturalẽ q̃ est in re:ꝛ accidit ex hoc destructio ꝙtinuatiõis partiũ gñati ex exhalatione ꝛ exitu humiditatis naturalis a re pp recessum caloris nãlis. fo Aduentitia. Aqua. E

¶ Desiccantur autem quecunqꝫ sunt aqua ꝛ aque species/aut habent aquam siue superinductam/siue connaturalem . Dico autem superinductam quidem velut in lana ./Connaturalem autem velut in lacte :/aque autem species que talia : vt mum. vina : rum : et totaliter quecunqꝫ nullam / aut paruam habent ypostasim. F

¶Et generata ⁊ humida aquosa arescunt arefactione naturali scilicet per se: aut arefactione accidētali scilicet extranea. Et arefactio accidentalis est sicut spongie humefacte que arescit per calorem accidentem ei extrinsecus non per suam naturam.

31 ¶Et arefactio naturalis est sicut res humida que inspissatur ⁊ ingrossat ⁊ arescit in semetipsam per suam substantiam ⁊ per suam naturam.

¶Non propter viscositatem: quibusdam enim causa non substā di aliquid viscositas sicut oleo aut pici.

¶Et res viscose nō arescunt propter viscositatem que est in eis: sicut oleum ⁊ pix ⁊ cera.

32 ¶Et fuit sicut propter hoc humor qui est in eis non spargitur neq; dissoluitur per virtutem operantem.

¶Desiccantur autem omnia: aut calefacta: aut frigefacta: ambo autem calido ⁊ ab interiori caliditate: aut ab exteriori.

¶Et res humide arescunt aut propter frigus: aut propter calorem.

33 ¶Et desiccatio propter frigus erit: quia frigus retinet calorem intus in re: ⁊ ille operatur in humorem qui est in re.

¶Et enim que in frigidatione siccantur sicut vestimentum si fuerit separatum ipsum secundum seipsum humidum ab interiori calido simul euaporare faciente humidum desiccatur: si paucum fuerit humidum exeūte caliditate a circunstante frigido. ¶Desiccantur quidem sicut dictum est omnia: aut calefacta: aut frigefacta ⁊ omnia calido: aut interiori aut exteriori coeducente humidum. Dico autem extra quidem: sicut que elixantur: intra autem quando ablato a caliditate quam habet consumptum fuerit expirante: desiccari quidem igitur dictum est. Humectari quidem enim est vnum quidem aquam fieri constantem: vnum autem liquefieri coagulatam: horum autem constat quidem in aquam frigefactus spiritus.

¶Et arescit illa res sicut accidit panno qui arescit per frigus: et hoc est quia res que habet paruum humorem quando apponitur presentialiter frigus in ipso calore inuento in ipsa causa petens centrum plus ponit ibi quam sparsus per totum. Plus enim potest super partem quam super totum: ⁊ sic vigoratur parte centri cuius humidum consumit. vigoratur tunc calor et arefacit rem. Et eodem modo accidit calori quando contrariat ipsum frigus: ⁊ dissoluitur a re: et querit locum proprium. et cum dissolutione sua dissoluitur humiditas inuenta in illa re: ⁊ sic arescit desiccatione que est per calorem substantialem: ⁊ illud est sicut in rebus que desiccantur per calorem ignis qui circundat illas: ⁊ sunt quedam genera que humefiunt post congelationem: aut quia alterantur in aquam: aut quia liquescunt permanente sua substantia ⁊ forma.

¶Et pix:7 cera:7 generata:7 que liquescunt per calorem congelantur per frigus:7 ideo quando infrigidantur congelantur. 34 De passionib' mixtorum.

## ¶Capitulum Sextum

DE liquefactione autem simul / et de coagulatione erit palam. Coagulantur autem quecunq; coagulantur: aut existentia aque aut terre 7 aque.

¶Et res que congelantur post liquefactionem non potest esse quin sint de natura aque: sicut nix: aut ex natura aque 7 terre.

¶Sicut quando vincunt aqua 7 terra vt lapides qui liquescunt. 35 A Que a sicco coagulãt ab aq̃ soluunt q̃ est hũida.

¶Et hoc: aut frigido / aut calido: aut sicco / propter quod 7 resoluuntur contrariis quecunq; soluuntur a calido coagulatorum: aut a frigido. Que quidem enim a sicco calido coagulata sunt / ab aqua soluuntur que est humida. Coagulari autem quedam vtiq; putabuntur ab aqua: vt mel elixatum: coagulatur autem non ab aqua sed ab eo quod in ipsa frigido. Quecunq; quidem igitur sunt aque non coagulantur ab igne: soluuntur enim ab igne. Idez autem eidem per se non erit causa contrarij. In abscedendo autem calidum coagulatur quare palam quod ingrediendo soluetur. Quare faciente frigido coagulatur propter quod et non ingrossantur talia coagulata. Ingrossatio enim humido quidem abeunte fit: sicco autem constante

¶Et coagulari cuiuslibet rei coagulabilis non potest esse quin sit aut per calidum: aut per frigidum: 7 res congelate que liquescunt 7 dissoluuntur vt est congelatio per calorem: 7 dissoluuntur per aquam vt sal: 7 ille que congelantur per frigus dissoluuntur per ignem. Jam cogitauerunt multi homines propter hoc quod natura aque est congelari: 7 innuunt rationem ad hoc ex melle quod congelatur quando ponitur intra aquam frigidam: 7 aqua frigida non facit congelari mel per naturam suam fluidã currentem: sed per frigus suum. Et res aquee humide in sua natura sunt res que dissoluuntur per ignem: 7 non condensantur per ipsum: quia vna et eadem res non operatur duo contraria in vno subiecto.

36 Sola aq̃ inter hũida nõ ingrossatur

¶Et alique res congelantur quando priuantur a calore congelatione aliqua: 7 reuertuntur ad naturam suam liquefactionis quando occurrit eis calor. Et generata huiusmodi sunt in quibus vincit humor: et propterhoc quando congelantur non nutriuntur sed desiccantur: nec habent excessum in duritie: sed accidit eis congelatio: quoniam opus siccitatis que occurrit eis vincit opus humiditatis: et huiusmodi sunt sicut ego credo gũmi.

¶Aqua autem humidorũ non ingrossatur sola. Quecũq; autez communia terre 7 aque 7 ab igne / coagulantur et a frigido. Ingrossantur autem ab ambobus. Est quidem vt eodem modo:

est autem vt aliter. A calido quidem humidum educente: euapo
rante enim humido ingrossatur siccum ꝛ constat: a frigido autez
calidum exprimente cum quo humidum recedit simul coeuapo-
rans. Quecunqꝫ quidem igitur mollia: sed non humida non in-
£ grossantur: sed coagulantur exeunte humido velut assatus later.
Quecunqꝫ autem humida mirtorum ꝛ ingrossantur velut lac.
Multa aũt ꝛ hũectant primo q̃cunqꝫ aut grossa aut dura aut fri
gida preexistierint entia: quemadmodu ꝛ later primo dũ assatur
vaporat ꝛ mollior fit. Propter qd ꝛ peruertitur in caminis.

¶ Et iam narrauimus ante qꝫ omnes res humide inspissantur
preter aquam: nisi aqua fuerit mixta cum terra: quia tunc aqua
congelatur ꝛ inspissatur: vel per ignem: aut per frigus: sicut di-
ctum est quod desiccatur: ꝛ non dictum quod inspissatur: sicut ar
gilla que conuertitur in testam.

37 ¶ Et nõ inspissatur anteqꝫ desiccetur: sed desiccatur qñ dissoluit calor ex
trinsecus humorem eius ꝛ humiditatem. Sed lac ꝛ suũ sile in rebus inspis
satur ꝛ ingrossatur: qñ operat in ipso calor ignis: ꝛ alique res desiccantur
vltimo per ignẽ: ꝛ humefiunt primo ꝛ post arescunt ꝛ durescunt sicut testa
que in initio quando ponitur in furno ꝛ igne exhalat ex ea vapor humefa-
ciens ipsam: ꝛ post desiccatur. ¶ Et cã huius est: quia calor primo dissoluit
illud quod est in eo quod remãsit de hũore in eius pfundo interiori: ꝛ hu
mefit propter hoc: ꝛ post dissoluitur humor ille: ꝛ cõsumitur a calore ꝛ ares-
cit testa. ꝛ propter hanc causam gyrant figuli vasa in furno.

¶ Quecunqꝫ quidem igitur a frigido coagulantur communium
ff terre ꝛ aque plus autem hũtiũ terre: que qutdẽ in calidum egre-
diendo coagulãtur hec liquefiunt calido ingrediente iterum ca-
lido: velut lutum cum congelatum fuerit.

¶ Et omnes res quas congelat frigus sunt composite ex terra
ꝛ aqua. Et vincit in eis terrestreitas: ꝛ dissoluuntur: ꝛ molleſcunt
quando operatur in eis calor.

38 ¶ Et quando recedit ab eis congelantur: ꝛ causa huius est: qñ calor dissol
uit in eis vapores naturales: ꝛ conuertuntur in eis: ꝛ liquefiunt.

¶ Quecũqꝫ aũt pp infrigidationẽ ꝛ calido simul educto omni
5 hec insolubilia sunt non superabundanti caliditate sed mollificã
Ferrum tur velut ferrũ ꝛ cornu. Liquescit aũt ꝛ laboratũ ferrũ vt humidũ
Cornu fiat ꝛ iterũ coaguletur ꝛ calibes faciũt sic. Subsidet em subtus ꝛ
Calibs purificatur scoria: cum autem sepe patiatur ꝛ purum fiat hoc ca-
libs fit: non faciunt autem sepe ipsum propter absentiam fieri
multam ꝛ pondus minus fieri.

¶ Et quando multum occurrẽt igni nõ cõuertetur liquefacta ne
qꝫ dissoluta: sed mollia: sicut ferrum ꝛ cornu.

39 ¶ Et vult dicere sicut ego credo: quoniam multũ occurrerunt igni in prin
cipio sue generationis anteqꝫ cõgelentur per frigus qꝫ illa non liquefiunt
post cõgelationẽ ppter ignẽ extrinsecũ: sed mollificantur: qm̃ istud manife
stum est qꝫ non liqueſcunt sed mollificantur.

h ¶ Est autem melius ferruz qd̃ habet minorem purificationem.

Liquescit autē ⁊ lapis pyrimachus vt stillet ⁊ fluat: quod autem coagulatur cum fluxerit iterum fit durum ⁊ mole liquantur vt fluant: fluent autē coagulatum colore quidem nigrum: sike autē fit calci: liq̄scit aūt ⁊ lutū ⁊ terra. Quecūq; aūt a calido sicco coagulant: hec insolubilia sunt q̄dē: hec aūt soluunt hūtido. Later q̄dē igitur ⁊ lapidum quorūdā genera: quecūq; ab igne terra combusta fuerit velut molares insolubilia: nitrum aūt ⁊ sales solubilia humido. Nō oī aūt sed frigido. pp q̄ aque ⁊ quecūq; aq̄ spēs liquescunt: oleo autē non liquescūt. Sicco em̄ calido contrarium frigidum humidum: si ergo coagulault alterum: alterum soluit. Sic em̄ contraria erunt cause contrariorū. Ingrossantur q̄ qui dem igitur ab igne solū q̄cūq; aque plus habent q̄; terre.

Ferrum Optimus 3

Quecūq; a calo sico coagulāt hec insolubilia sunt.

2 Cōtraria sunt cāe cōtrariorū

## Capitulum Septimum

Coagulantur autē quecūq; terre pp q̄: ⁊ nitruz: ⁊ sales terre sunt magis: ⁊ lapis ⁊ later maxime aūt dubie habet oleū natura. Siquidem. n. aque oportebat coagulari a frigido vt glacies: si autem terre plus ab igne vt later: nunc autem coagulatur quidem a neutro. Ingrossatur autez ab ambobus. Causa aūt est: q; plenū est aere: pp q̄ ⁊ in aqua super natat: etenim aer fertur sursum frigidū em̄ existente spiritu aquā facies ingrossat. Semper tū̄ cū mixta fuerint oleum ⁊ aqua: ambobus fit grossius. Ab igne autē ⁊ tpe ingrossatur ⁊ albescit: albescit quidem euaporante aqua siqua inerat. Ingrossatur autez ppterea q̄ marcescēte calido ex aere fit aqua. Atroq; q̄dē igitur modo eadem fit passio: ⁊ pp idem: sed non eodem modo. Ingrossātur quidem igitur ab ambobus. Desiccantur autē a neutro: neq; em̄ sol neq; frigus desiccat nō solum aūt: q; viscosum: sed ⁊ quia aeris est. Non desiccatur autez aqua ⁊ neqz exsiccata elixatur ab igne: quia non euaporat propter viscositatem. Quecunq; autem mixta terre ⁊ aque secundum pluralitatem vtruslibet dignum dicimus ⁊ coagulatur ⁊ epheſim patitur: velut mustum. abscedit autem ab omnibus talibus dum desiccatur aqua: signū autem q; aqua. vapor enim constat in aquam: siquis velit colligere: quare quibuscunq; relinquitur aliquid hic terre. Quedam autem horum ⁊ a frigido sicut dictum est ingrossantur ⁊ desiccantur. Frigidum enim non solum coagulat: sed exsiccat quidē aquā ingrossat autem aerem aquam faciens.

2 Aqua 3

Unum

Frigus

Et quando terra vincit super ferrum est illud ferrum malū: et diminuit multū in igne pp multitudinem kakabre. Sed ferrum bonum parū minuitur propter modicum kakabre: ⁊ lapis dict⁹ sic dissoluitur per ignem quousq; liquescat. Et molares lapides dissoluuntur ⁊ currunt: ⁊ res que congelantur obfuscatur calor earum quando congelantur per liquefactionem suam. Et causa huius est frigus quod obuiat illis vt calx ⁊ similia: ⁊ alique par-

tes terre:7 argillarum dissoluũtur:7 alique illarum non dissoluũ tur:7 alique res que congelantur per calorem et siccitatem non dissoluuntur per aquam sicut testa:7 species lapidum que fiunt per combustionem terre sicut lapis mole et eius similia. Et alqua huiusmodi dissoluuntur sicut sal et salnitrum et non dissoluuntur ipsa omnes humiditates sed frigida et humida sicut aqua. Sed humida non frigida non dissoluuntur sicut oleum et res in quibus vincit aqueitas ingrossantur:quando decoquuntur solum in igne non desiccantur neqꝫ congelantur:sed generata in quibus vincit terra arescunt et desiccantur sicut sal et salnitrum testa et lapis. Et iam dubitauerunt in natura olei oliue et aliorum oleorum et dixerunt:si vincit aqua in oleo:tunc debet congelari per frigus sicut glacies:7 si terra vinceret tunc condẽsari deberet per calorem sicut testa. sed nos videmus qꝫ neqꝫ condensatur neqꝫ arescit ex istis duobus:sed inspissatur per ambo 7 deberet arescere ab igne:nunc quidem congelatur a neutro:sed desiccatur 7 ingrossatur ab ambobus 7 inspissatur:quoniã aere plenum est:et ideo super aquam natat istud:7 gelidum exeunte spiritu congelatur aqua 7 inspissatur. neqꝫ terra neqꝫ aqua vincunt in oleo:sed oleum inspissatur cum ambobus:7 aqua congelatur propter aqueitatem que vincit intra eam. Sed oleum non congelatur:quia natura aeris quando vincit fit pinguius 7 spissius ab igne: sed inspissatur et albescit propter spacium ipsius longum.

40 ¶ Et causa quare est pinguius est: quia calor ignis exterior vincit super caliditatem:quia calor ignis per longum tempus et trahit 7 dissipat calorem aeris in oleo7 in recessu aeris declinat ad naturam aque 7 inspissatur: sed arescit propter aqueitatem que rarescit per calorem natura lem et per calorem ignis euaporat et rarescit et clarescit extra. ¶ Sed oleum neqꝫ sugatur neqꝫ siccatur propter naturam aeris que vincit in eo: 7 est in natura sua aereum:et quoniam non exhalat aquosum in ipso propter viscositatem:et quecunqꝫ admiscentur ex aqua et aere fiunt in victoria secundum victoriam eius quod dominatur in eo et denunciatur a vincente 7 in equalibus vincentibus equaliter denomtnatur a nomine vtriusqꝫ et non facit illud algidum congelari tantum:sed inspissat 7 desiccat similiter:quia congelat aquam: et desiccat: et inspissat aerem et turbat et conuertit in aquam.

Vinum.
Lotium.
Acetum.
Lixiuiuꝫ.
Serum.

¶ Coagulatio autẽ dicta est quedã desiccatio existẽs quecunqꝫ quidẽ igit nõ ingrossant a frigido:ſꝫ coagulant aque sunt magis velut vinũ:vina:acetũ:7 lixiuiũ 7 serũ. Quecũqꝫ aũt ingrossant nõ euaporãtia ab igne. hec quidem terre:hec autem communia aque 7 aeris:mel quidem terre:oleum autem aeris. Sunt autem 7 lac 7 sanguis amborũ quidẽ cõia 7 aque 7 terre: magis autẽ q̃ multa terre:quẽadmodũ ex q̃buscũqꝫ humidis nitrũ fit 7 sales 7

lapides aut ex quibusdã cõstãt talibus. Propter qđ ꝛ si nõ sepa
retur serum exuritur ab igne decoctũ: qđ autẽ terrestre constat et
a coagulo si aliqualiter decoquat quis sicut medici coaguluz im
ponentes. sic autẽ separaꝯ serum ꝛ caseus: separatũ autẽ serũ nõ
adhuc ingrossaꝯ: sed exuritur sicut aqua. ¶ Si autẽ aliqđ lac nõ habeat caseum aut paucũ hoc magis aque ꝛ inesibile ꝛ sanguis autẽ similiter: coagulaꝯ eñ eo ꝙ desiccetur infrigidatus. Vtcunqꝫ autẽ nõ coagulatur velut qui cerui tales aque magis ꝛ frigidi hi propter qđ ꝛ nõ habent vias. In eis enim sunt terre ꝛ solidum: quare ꝛ extractis nõ coagulatur: hoc autẽ est: quia nõ desiccatur: aque enim qđ derelinquitur vt lac caseo ablato. Signũ autẽ. languoz: si enim sanguines noluut coagulari: veluti icor: nec hoc aut phlegma ꝛ aqua propter indigestũ esse ꝛ insuperatũ a natura. Adhuc autẽ hec quidẽ solubilia sunt velut nitrum: hec autẽ insolubilia velut later ꝛ lapis: ꝛ horũ hec quidẽ mollificabilia velut cornu: hec aũt nõ mollificabilia velut larer ꝛ lapis. ¶ Causa autẽ quia cõtrariorũ cõtrarie causę: quare si coagulantur duobus frigido ꝛ sicco: necesse solui calido ꝛ humido ꝓpter qđ igne et aqua: hec enim contraria. Aqua quidem quecunqꝫ igne solo: igne autem quecunqꝫ frigido solo.

¶ Et diximus ꝙ congelatio est desiccationis species quedam: ꝛ congelans per frigidũ est in eo vincens aqua: et dicamus ꝙ terra vincit in humidis quibusdã que inspissantur. ſ. per calorem: ꝛ non conuertitur in fummum in vaporem: et in quibusdã vincit aer vt oleum: ꝛ in istis in quibus vincit terra inspissantur: et nunqꝫ fuit vapor: vt mel et sibi simile: sunt vero lac et sanguis magis hec multũ terre ꝛ sal: similiter et lapides quidẽ qui neqꝫ liquescũt neqꝫ desiccanꝯ per calorẽ: sed res in quibus vincit aqueitas non inspissantur per calorẽ: sicut serum: quia illud positũ super ignez cõuertitur in vaporẽ anteqꝫ inspissetꝯ: sꝫ terreitas lactis cõgelatur: ꝛ ipsum constringit et congelat et sugat: sicut terra: sed lac qđ caret coagulo vincit in eo aqueitas et nõ cõgelatur: sicut lac camelorũ: in quo vincit aqua et frigus: et non est in eo terra: sed sanguis cito cõgelatur ꝓp multũ terre in eo: et quia inspissatꝰ est per digestionẽ multam. Et signum huius est morbidus sanguis qui non potest coagulari et congelari: quia non est digestum neqꝫ superatum a natura: ꝛ cum vincit in eo terra et aqua.

¶ Tunc diuersitas rerum in congelatiõe ꝛ solutione est sicut in predictis propter diuersitatẽ causarũ pertinentiũ ad illa: aut propter materiaz: aut propter seipsas: aut propter actiones: aut propter extrinsecũ quod euenit. 41

¶ Quare si a duabus accidit coagulari hic insolubilia maxime. 3
fiunt autem talia quecunqꝫ calefacta deinde frigido coagulãtur. accidit enim cum caliduz exsudauerit egrediens plm humidum: comprimi iterum a frigido vt non humido det penetrationem: ꝛ

F Lac. Sãguis. 5

Nitrum. Later. 4 Cõtrariorũ contrarie causę. 36. ſ. 39.

